

D. JOHANN. JACOBI WALDSCHMIDII  
INSTITUTIONUM MEDICINÆ RATIONALIS

LIBER I.

CAP. I.

De

*Ortu Medicina, ejusque Objecto  
& Fine.*

§. I.

E àuctòdas agere videar, usitata haec tenus & in Scholis trita mihi quoque calcanda erit via, atque pauca quædam de Medicinæ

natalibus dicenda, quid innotescat omnibus, quibus Medicina cœperit pri-mordiis, quibus cincta fuerit pomœriis, & quomodo ambitum suum experimen-torum ope nostro hoc tempore instituto-rum longius nunc extenderit. Et nemo quidem, opinor, inficiabitur, Deum saluberrimè hujus scientiæ esse authorem, is enim est, qui percutit & sanat, is est, qui facultatem largitur, ut appro-priata remedia inventantur, & cum non

iisdem in omnibus utatur viis, ea nunc casu dicimus fuisse inventa, nunc intel-lectu & ingenio excogitata, nunc expe-riencia probata, hinc est quod ipsam me-dicinam casu, ratione & experienciâ sua sumpsiisse incrementa vulgo dicant.

§. 2. Quamvis autem primis tempo-ribus Medicina fuerit Diætifica & Chi-rurgica, ipsaque Chirurgia, non qui-dem medica seu rationalis, sed practica & empirica caput extollere cœperit, quod simplici tunc homines uterentur victu, atque à morbis internis ferè im-munes viverent, factum tamen est, ut concurrentibus variis causis nunc ex tel-lure suppeditatis, nunc ab astris trans-missis, nunc ex novis ingestis noviter

A

pro-

productis variis quoque oriuntur morbi, unde urgente sic necessitate coacti fuere homines curas & animum ad interna quoque intendere remedia: id quod primi fecere *Egyptii*, quorum caput dicitur *Hermes Trismegistus*, autor tabulae Smaragdinæ, cuius epulas degustare contendunt *Alchymiste* & omnes qui ad mensam hanc accumbere satagnant. Ab his studium sanitatis translatum est ad Græcos, hisque subactis ad ipsos Romanos devolvebatur, à quibus tandem in universum fecerit transit terrarum orbem.

§. 3. Variæ autem variis temporibus fuere lectæ, à te invicem tum in explicandis causis morborum tum in medendi methodo distinctæ: quarum prima fuit *Empirica*, quæ quidem inter *Egyptios* olim cœpit, sed ad hoc usque ævum stetit & contagio suo plures contaminasse videtur, cum omnis terra ejusmodi alat homines, quorum magna in cutanis morbis, quorum causas tamen ignorant, est præsumptio. Secunda est *dogmatica seu rationalis*, in qua principem obtinuerunt locum *Hippocrates* & *Galenus*, conataque sunt artem medicam sub certis quibusdam præceptis & thematibus complecti, atque in formam systematis redigere, verum cum Galenus erronea & imaginaria fuisse imbutus Philosophia, res malè huic quidem cessit, ipsaque Medicina non parum inde dedecoris & detimenti passa est, ut vel hodierno tempore prudentioribus tali sub formâ adhuc displiceat. Tertia adicitur *methodica*, quæ cum Herculis cothurnos puerorum pedibus applicare voluerit sponte suâ cedit atque penitus exspiravit. Quarta

est *Sæpta Spagyrica, chymica, Hermetica Paracelsifica*, cujus allelæ adepti, filii attis, vel Alchymistæ vocantur, ad quos Helmontianos, Tackenianos, Sylvianos omnesque, qui philosophi per ignem audire malunt, referimus. Quinta est *Mixta & de principiis dogmaticorum & Chymicorum participans*, unde *dogmatico-hermetica* dicitur. Sexta est *Dogmatico-Mechanica*, quæ κατιζοχνη Rationalis vocatur, atque lucem suam ex *Philosophia Renati des Cartes* nec non *Corpusculati Gassendi* aliquorumque recentiorum fœneratur; Ex quo enim hæc Philosophia caput suum extulit, novum quoque incolis regni Medici ostum est *Sidus*, ipsiæ ægrotantibus certiorem spondens salutem. Nam hæc ex Philosophiâ habemus, quod morborum apparentias per suas causas evidentissimè explicemus: quod ipsos morbos denudatos & tenebris evolutos in apticum ducamus: Quod Oeconomiam animalem per motum & figuram interpretemur, nihilque admittamus, quod non clare & diligenter vi principiorum mechanicorum percipere possumus: Et denique, quod remediorum vites & operandi modum ad captum omnium describamus, id quod tum in hæc tum in quinta institutionum parte pluribus sumus ostentari.

§. 4. Difficile equidem est, fateor, ipsam artem medicam ad certum aliquod redigere sistema, cum primò novi subinde oriuntur morbi, novus atque insolitus quandoque per aera volitet æther, nova etiam ex ipsa tellure emergant concreta, & insolitis nunc vesci soleamus alimentis; deinde non omnia forte nobis adhuc sint perspecta, quæ ad cognitionem

nem corporis humani, alimentorum & medicamentorum requiruntur; facit tamen solida illa recentiorum Philosophia, ut ipsam quoque Medicinam sub certam atque Philosophicam vocemus scientiam, atque ex ratione cognoscere allaboremus, quid humeri nostri possint, quid ferre recusent; hoc est philosopham in explicandis corporis nostri functionibus, in indagandis causis morborum eorumdemque phenomenorum ipsos concomitantium, nec non in determinando quod corporis nostro proficuum quid noxiū sit, quibus status ejus naturalis conservetur vel labefactatus restituatur: Ecce quae ipsam Medicinam pro parte Philosophiae agnoscimus, cum ejus obiectum, corpus nempe humanum, & que extensum sit ac reliqua corpora, & partem motui & divisionis subjaceat, ut nullam in eo mutationem vel concipere etiam possumus, quæ non in motus, figura & situ particularum partium tum solidas tum fluidas constituentium mutatione consistat.

§. 5. Definimus autem Medicinam, quod sit ars sive scientia integrum corporis humani live statua humana viventis fabricam conservandi, & labefactata convenientibus alimentis & remediis restituendi.

§. 6. Devero genere diu disceptatum fuit à Medicis, quam controversiam facile componemus, si dicamus & artem & scientiam pro genere poni posse. Quippe Medicina est ars, si Chirurgiam species & modum præparandi Medicamina: Est etiam scientia dum & que in ea rectim per causas cognitionem instituimus ac in aliis scientiis, dum naturam

sanguinis ceteraque fluida per principia philosophica explicamus, ipsasque qualitates rerum omnium ad forum Medicum pertinentium ingenii Philosophici robore exhaustimus, ut nihil inaccessum aut extra intellectus ambitum positum amplius videatur. Verum quidem est, Medicinam à recto tramite longissime deflexisse, dum hodierni practici cum veteribus ad experientiam magis attendunt, quam ad rationes, plorūque effectum per sensus cognitionem pro fundamento Medicinæ potius habere volunt, quam rectam rationem. Intertim error ille non obstat, quod minus intellectus lumine veram atque solidam scientiam medicam acquirere possimus, atque præ illis morborum causas & remediōrum vites per evidentes consequias explatēmus.

§. 7. Objectum tum contemplationis tum applicationis, est statua humana vivens sive corpus humanum vivens, cuius vita & sanitas in elegantissima illa & stupescenda fabrica omnium partium corpus humanum constituentium consistit.

§. 8. Sunt quibus displiceret, quod corpus humanum cum horologio aut alio automato comparemus, quodhæc vitæ sint experitia, illud vero vitale sit à principio vita interno vitam habens: Enim vero quid in vitali illo automato præter motum repetitur, & quas quælo edie functiones? quas non certos motus rectius vocaveris? Vivere dicitur, quia augetur & nutritur: Sedanne propterea aliud tibi finges principium vitæ, quod non sit materiale & certo modo modificatum: aut quod per motum, figuram & sicut non agat? Quæ ut clarius percipi-

as, notati velim, duò in homine reperi agendi principia, quorum unum est *substantia cogitans*, alterum *substantia extensa*. Illius vita & esse aequum consitit in *cogitatione*: hujus verò in *extensione* certò modò modificata, à qua caloris succique nutritii distributio dependet & anima corporis vocatur, atque in fluidis potissimum præsertim autem in sanguine consistit. Nemo, opinor, ibit initias, in homine diversi generis operationes reperi, quarum quædam soli menti, quædam soli corpori, aliæ toti composito attribuuntur. Quæ enim citra cogitationem peraguntur, ita ut mens ipsam plane non sit conscientia, & quamvis cogitationes suas ad illas intendat, nequam tamen propterea alacrius eduntur, quales sunt chylificatio, sanguificatio, sanguinis circulatio, caloris dispensatio, succi nutritii assimilatio aliæque plures, hæc ad solum corpus referuntur, & à mechanico dependent principio. Quæ vero nil nisi certum cogitandi modum dicunt, quales sunt velle, nolle, percipere, sentire, &c. proficiuntur ab anima rationali & ad eam solam referuntur, quum cum motu vel figura nihil commune habeant. Tandem cum duæ haec substantiae certis sub legibus à Deo sint conjunctæ, & certos motus corporis & præsertim cerebri ejusque glandulae pinealis sequi debeant certæ cogitationes mentis, & vicissim certas cogitationes mentis certi motus corporis, hominis siue totius compositi vita in mutuo hoc commercio poniter, mors verò in ejusdem cessatione toti, quapropter ejusmodi attributa, quæ & cogitationem & motum involventia utique principio, di-

versotamen respectus attribuuntur, v.g. ambulatio, omnesque motus arbitrarii.

§. 9. Ne itaque ejusmodi operationes & actiones confundamus, ipsaque quadrata rotundis inlceamus, naturas rerum obscurando & suum cuique non attribuendo, ipsum Medicinæ objectum per statuam humanam exprimimus, quæ variis pro varietate objectorum eam sufficientium cierit motus automaticos, ut non ineleganter Machina hydraulico-pneumatica vocari posset. Hujus tanta est dignitas, ut sibi soli propriam scientiam medicam vendicet, attemque veterinariam bruris medicis relinquat, nemulo medici cum Dogmaticis & Rationalibus confundantur.

§. 10. Finis Medicinæ est mederi, & fragilis hujus machinæ fabricam quantum in artis est potestate sartam rectamque servare, aut fractam & labefactatam relarcire & in integrum restituere. Cui scopo inserviunt alimenta & medicamenta, nec non manuales operationes rerumque aliarum ad usum & conservationem vitæ conferentium legitima administratio.

§. 11. E quibus palam fit universam Medicinam ad quinque partes seu totidem libros commodè referri posse, nempe ad Physiologicam, pathologicam, semioticam, Hygianen & Therapeuticam; nisi forte semiotica, diagnostica ad pathologiam & prognostica ad therapeuticam cum B. Ettmullero vocare velis. In Physiologia autem traduntur fundamenta status naturalis ipsaque fabrica corporis humani & tota œconomia animalis ibidem describitur. In Pathologia causa morbificæ, ipsique morbi eorundem-

demque symptomata recensentur. In *Semiotica Signa diagnostica & Prognostica* exhibentur. In *Hygiæ* præcepta diætética & prophylactica docentur. In *Therapeu-*

*tica medendi methodus cum remediis è triplici regno & tribus fontibus delum-  
tis, describitur,*

## CAPUT II.

De

## Elementis.

§. 1.

**Q**UAMVIS HÆC de Elementis doctrina abundè satis pertractetur in Phylica, operæ tamen futurum pretium confido, si impræsentiarum acta agamus, arque Lectoris animum ita præparemus, quò ea, quæ dicenda nunc veniunt, facilius & clarius intelligat.

§. 2. Supponimus autem, corpus in genere speciatum, sive mundum hunc alpestandem, in triplicis generis corpuscula in principio creationis ab ipso Deo fuisse divisum, è quorum congerie & olim & nunc omnia corpora composita fuisse & adhuc componi & in eadem iterum resolvi, quæ tamen omnia commode ad tres classes revocati possunt & sub materia primi, secundi, & tertii Elementi comprehenduntur. In prima classe sunt particulæ indefiniti motus, indefinitæ figuræ, & magnitudinis, omnibus poris cujuscunque sive figuræ replendis aptæ, & è quarum congerie corpora lucida componuntur. In altera classe exhibentur corpuscula determinatae figuræ & magnitudinis, quæ sphærule vel globuli cœlestes, quia cœlos constituant, vocantur, & explicandæ naturæ luminis, nec non pelluciditati aperte inseruiunt. In tertia reliquæ par-

tes terrestres, angularis figuræ, & ad motum minus aptæ, continentur. Hinc est, quod materiam primi elementi ob perniciissimum motum ætherem sive materiam mundi subtilissimam vocent, omnis caloris, fermentationis, effervescencie, turbationis &c. authorem, à quo tamen negotio ipsos globulos nequaquam excludimus, cum & hi motum primi elementi paululum temperent arque alia obvia corpora in motu sub rectilineo fibi cedere cogant. Quæ quidem sententia tanta gaudet evidētia, & firmo usque ad eō stat tali, ut ne vel tantillum extensi alicujus nominari possit, quod non ad unam ex his classib[us] referre queamus; quandoquidem totum hoc universum corporibus lucidis, pellucidis & opacis, sive lucem emittentibus, lucem transmittentibus, & lucem remittentibus, exhauiatur; neque feriet nos decantata illa cantilena, quam in Phylica sibi audivimus, quod numerus hic ternarius conjecturā & merā hypothēsi nitatur, cum nunquam solidè probari posset, Deum tali modō & non aliō, corpora fecisse. Quippe fac, esse meram hypothēsin, magnum tamen inde commodum & arguanti, & Medico assurget; ille enim gaudiabit,

A3

debit, se talem nactum esse Medicum, quiper sua principia, omnia phænomena, in corpore humano apparentia, per suas causas solidè, & citra ullam contradictionem, imò cum applausu rationis & experientiae explicet: huic verò decorum erit, naturam sanguinis & fluidorum, rām in statu naturali, tum præternaturali cognitam atque perspectam habere.

§. 3. Sed quid interim de Peripateticorum Elementorum numero quaternario statuendum? Illa enim revera existunt in hoc mundo, & partem hujus mundi aspectabilis faciunt. Verūm tantum abest, ut nomen elementi mercantur, ut potius inter mixta sint referenda, quæ ex tribus Renati des Cartes elementis constant, quod facile in igne, vel aëte etiam, & aqua, probati poterit,

§. 4. Pari facilitate convellimus Chymicorum elementa, sive tria cum Paracelsō, sive quinque cum VVallisso, admettere velis, cùm & hæc admodum obscura sint, & omnem ēvēryē, si quam habent, à materia primi & secundi elementi accipiант.

§. 5. Multò minus assentiri possemus Helmontio, unicum statuenti elementum, aquam videlicet, quamvis glorietur, se omnia corpora liquore suo alkahest in aquam resolvere posse; nam, positō, aquam esse, quæ vegetabilibus sua det incrementa, vix tamen crediderim, eam corpus simplicissimum, atque elementi nomine dignum esse; qua propter, cum ipsa experientia nos in plurimis deferat, hanc etiam doctrinam ab incertitudinis, & insufficientiae labe nemo hactenus vindicare potuit.

§. 6. Enim verò cum in combinationibus & secretionibus corporum naturalium hactenus observatum fuerit, dñs prætrīmis in omnibus terè reperiſſalīa, præ aliis particulis admodum efficacia, eò devenente Viti quidam doctissimi, ut duplicitis hujus generis salia, quorum unum acidum, alterum alkali appellant, pro elementis activis, additis particulis aquosis, gummosis & terrestribus, habuerint, atque omnium morborum causas per illa explicare, hisque medendi methodum superstruere, conati sint. Verūm præterquam, quod non in omnibus effervescentias reperiāntur, etiam hoc dignitati iplorū obstate videatur, quod in se spectata nil nisi particulae tertii elementi sint, ob solam figuram ab aliis distinetæ, omnemque motum suum æquæ ac reliqua tertii Elementi particulae amaria subtili obtineant.

§. 7. Describiunt autem sal acidum quod sit corpus rigidum, figuræ oblongæ, gladiolorum instar, ab uno & altero, vel pluribus etiam lateribus armatum, hinc sui juris factum, dolorem scindentem in corpore nostro semper producit. Sal alkali autem est corpus rigidum plus minus acuminatum, sed magis porosum, hinc si cum acido, interveniente fluido, concurrat, utraque effervescentiam producunt, quia sal acidum hujus porositas occupat, ut soli ætheri accessus concedatur, qui tunc spicula illa quaqua versum abripit, & tumultuarium talem motum producit. Unde rectè quidem dicitur, quod ubi duo hæc salia concurrant, ibidem effervescentia oriatur, sed inde tam non statim inferre licebit, quod dubi fiat effervescentia, ibi etiam statim præsto finit.

stofint duo illa salia, cùm contrarium in calce vivâ ex affusâ aquâ ignescente videamus.

§. 8. Dividuntur hæc salia, quo ad plûs fixa vel minûs volatilia, manifesta vel occulta, acria & corrosiva existunt. Sic Ettmullerus probat, acidum fixum dari in auro: volatile in ligno quercino, vel etiam in nostro stomacho; manifestum in acetato, occultum in saccharo: Alkali fixum in sale absinthii, volatile in cornu cervi, aliisque urinosis: manifestum in sale tartari, vel nitro alkalisato, occultum in oculis cancerorum aliisque testaceis. Notari tamen velim, hæc salia sibi invicem ita esse implicata, ut unum vix sine altero ostendi possit, nisi forte in spiritu salis ammoniaci pusum alcali videre licet. Et sicuti ex hortum combinatione, varia sanguinis oriuntur temperies & intemperies, ita illud jam dudum cognitum fuit Coo, dicenti, sanguini nostro inesse acidum, amarum, salsum & sexcenta alia; de quibus tamen alibi. Tandem notari velim, salia illa alkalica tam volatilia quam fixa in radice & essentia inter se convenire, ut perinde sit, qualecunque sal alkali inter volatilia vel fixa eligas,

cum eosdem volatilia tûm in acidi correctione, tum tyrupi violarum alteratione, tum etiam in mercurii sublimati præcipitatione edant effectus, ut vel propterea nullum agnoscamus inter volatilia discrimina essentiale; quod etiam de salibus fixis dicimus, quæ assumta in eo convenient, quod acidum austерum corrigan, viscidum incident, sicque in radice reverâ idem sunt. Quod si aliquod in utrisque ratione odoris, saporis vel coloris occurrat discrimen, illud non tam in essentiali quam accidental possum erit differentia, prout scilicet plures vel pauciores partes oleosæ, acidæ, terrestres, ipsis adhuc lunt immixtæ.

§. 9. Ex Salis acidi & alkalici combinatione novum quoddam exsurgit compositum naturæ mediae existens, quod fermento ventriculi quam maximè appropriatum videtur. V. G. si sal quoddam volatile cum acido ligetur, vel spiritus acidus ex affusione salis urinosi circutetur. Quæ tamen facili encheirite sei ad pristinam indolem revocari possunt, addendo videlicet aliò alkali, quod acidum imbibat, & prius alcali libertati suæ restituar.

## C A P U T III.

*De*

### Chylo & Sanguine.

§. I.

**C**ibi reliquæ, vacuo in ventriculo hinc inde obertantes, mota & agitacione actiores factæ, superius ventriculi orificium ex fibrillis nervis contextum, vellicant, è cuius motus occasione, me-

diantibus nervis ad sensorum commune sive *νευράγον* delati, mens ideam famis concipit, atquæ de cibo sumendo cogitat, qui cognitionis modus *appetitus* nomine venit, & intuitu corporis nil nisi motus est,

est, vi cuius spiritus animales, cerebri incolæ, in indifferentia positi, novam accipiunt determinationem, ut per nervos, palato dicatos, excurrant, glandulas ibidem sitas ita inflent, vel comprimant, ut ad aspectum ferculi, palato grati, crystallinam lympham, rivulorum instar, in oris cavitatem effundant. Eiusdem motus & vellicationis orificii superioris ventriculi occasione, spiritus animales quoque determinantur, ut ad labia aliasque partes fluentes, statu illam humanam ita disponant, ut labia apperiantur, alimenta manibus apprehendantur, & ori commodè ingerantur. Quippe in insigni hâc cavitate, & primo quasi introitu, chylificationis fundamenta jaciuntur, cum alimenta dentium ope non solum conterantur & confringantur, verum etiam ab ipsa saliva, vi quadam fermentebili ita imprægnantur, ut vix amplius cognosci, aut à corruptione seu acescentiâ, praesertim, si caloti solati exponentur, vindicari possint.

§. 2. Totum autem hoc negotium merè mechanicum est: stant in acie dentes, qui cibum in prima illa civitate conterunt; du&us salivales fermentum redunt: lingua miscet, musculi faucium cibum masticatum per gulam, viam angustiorem, ad ventriculum propellunt; quod si unum ex his deficiat, ipsa chylificatione non parùm inde labefactabitur. Tantum autem abest, salivam humorum esse excrementium, ut potius primum naturæ menstruum, in humano hoc laboratorio audiat, & author primæ istius solutionis, quæ non nisi gradū ab illa, quæ in ventriculo instituitur, differat: & quamvis insipida videatur, plures tamen in re-

cessu habet particulas volatiles, acidas & salinas, quæ ab effe&tu facile probari & ostendi possunt; ipsa enim saliva vi sua abstergiva & saponaria, tanat impetiginem & vulnera, vi acida necat araneas, ligit mercurium, vestigia veneris, lapidi Lydio impressa delet, & farinam fermentate facit; hinc pulmentum, matris salivâ imprægnatum, infanti tenellulo admundum prodest, atque faciliter in ventriculo in chylum erati huic & temperamento accommodatum abit, quām si alius hominis saliva humectetur. Tantam enim in ipsa saliva pro diversitate individuum sexus & generis agnoscimus diversitatem, ut, sicuti sanguis in diversis subjectis alium præ se fert genium, ita ipsa etiam saliva naturam sanguinis æmulatur videatur, & ipsa alimenta faciliter ad eum evehat solutionis & mixtionis gradum, qui sanguini, in quem abire debent, & ex quo saliva suam traxit originem sit conveniens, omnis enim humor fermentatus majorem habebit convenientiam cum sanguine, in quo suos habuit natales, quām cum peregrino; hinc videmus etiam, quod ex saliva sanguinis bene vel male dispositi signa hautiantur, id quod infibricantibus, & ubi Massa sanguinea ab indole sua degeneravit læpe sèpius videare contingit.

§. 3. Ipsa etiam masticatio usque ad eò necessaria est, ut hâc omissâ, alimenta vix in ventriculo extraverti possint, nam decem boli benè masticati, & salivali menstruo humectati atque soluti, felicius inventriculo coquuntur, quām unus non masticatus. Inde forte est, quod voraces & qui quasi in fuga primam hanc solutionem persagunt, tot meritis sint obnoxii,

noxii, cùm cibus vix semi contritus difficilimè subigatur in ventriculo, & in pastam admodum viscidam plurimum mortorum matrem abeat.

§. 4. Hac peractâ solutione vel comminutione, protruduntur alimenta per gulam ad ventriculum, à quo excepta incipiunt ulterius fermentati variis ad hoc negotium concurrentibus fermentatio- nis causis, inter quas diversitas particu- larum cibos constituentium in figura consistentia motu & magnitudine, nec non pororum & superficierum mutatio- nes haud postremum obtinent locum. Principalis tamen causa efficiens, ut omnium ita & hujus fermentationis dicitur esse æther sive materia subtilis, cui pluri- mæ minutissimæ ciborum assumtorum particulae innatant, ejusque vim commi- tuendi, poros angustos dilatandi, motum intestinum promovendi non parum au- gent, cum his majori cum impetu paries pororum perfringat, quemadmodum aqua fragmentis glaciei referta facilius pontes diruit & aggetes pertumpit, quam si sola in eos invehatur. Adjuvant va- pores seu corpuscula à vicinis partibus exspirata, hepate puta, liene, omento aliisque partibus membranosis, quæ sub calore partium circumiacentium à veteribus indigitantur, nam & hæc ven- triculi poros introitum spectantes ingre- diuntur, & jam in motu posita aliorum fluidorum occurrentium motum non parum augent. Symbolum confert saliva deglutita, lympha gastrica à glandulis stomachalibus effusa aliqua fluida as- sumta, utpote quæ citius quam corpora solidiora in motum abtrahantur, ut non male Vulgus dicat, omnem coctionem fieri in humido.

§. 5. Prævia hac fermentatione pat- tes centrales assumtorum extra ventri- culum, plus pro ratione molis accipiunt su- perficie, hinc alimenta aliam consisten- tiæ, alium colorem, alium odorem & saporem acquirunt quam in prima solu- tione in ore, fluida magis atque vaporosa redduntur, & ad majorem ratefactionem alibi subeundam magis magisque evolvuntur. Et quamvis ut plurimum cineritii adhuc sint coloris, tamen nihil certi de hoc statuere licet, cùm vel mini- mæ etiam circumstantiæ totam hanc rem variare possint.

§. 6. Ventriculus autem in se consi- deratus instar ollæ vel cucurbitæ seu re- tortæ est & qui structura suâ spatiū lar- giendo & fermentum ex sanguine suppe- ditando chylificationis negotium pro- movet, nequaquam verò specifico quo- dam calore al'menta concoquit, prout id veteribus quidem vilum fuit, cum ta- les facultates inexplicabiles non admitta- mus, quoniam præter nomen nil nisi ma- gnūm inane dicunt. Profecto insitæ il- lœ facultates, coctrix, retentrix, expul- trix, attrahtrix, commenta sunt. Et ani- ma ad chylificationem ne vel tantillum robotis conferre potest. Non jam di- cam quod attrahere &c. sit ejusmodi attributa, quæ cognitionem vel elec- tionem, hoc est cogitationem involvunt, atque ipsis visceribus nunquam tribui possunt, quia hæc virtutem suam à san- guine & propriâ structura habent, quem- admodum clavis vim habet aperiendi setam, ob solam fabricam sive extensi- onis modificationem.

§. 7. Quid verò fermentum ventri- culi propriæ sit & an illud in ventriculo

B

repon-

reperiatur nondum usque adeo evictum, aut in liquidum deduci potuit. Nos illud concipimus ceu vaporosum quoddam mixtum ex activis sanguinis particulis acidis & salinis nec non ex chyli reliquijs & ipsa saliva compositum, in ventriculo vacuo oberrans, agitatoria vi præditum, & indolem sanguinis exprimens cuius naturam activitate suâ æmulatur, ut vel propterea semper ad sanguinem respicere debeamus, quoties quis de ventriculi conqueritur imbecillitate, hic enim si bonus est, bonam quoque generat in glandulis stomachalibus fermentescibilem lympham. Si turbatus fuerit in sua mixtione aut intemperatus & impurus, vel nullum suppeditabit ventriculo fermentum, vel si aliquod deponet, illud tamen inidoneum erit atque fixum nimis vel non satis actuosum, cuius vitioso charaktere ipse chylus postmodum contaminatur, hæc enim semper redeunt in circulum, sequentes mutuo vel conservant, vel destruunt: qualis chylus talis sanguis; qualis sanguis, talis liquor gastricus, qualis liquor gastricus, talis iterum chylus. Multa vero sunt quæ fermenti hujus existentiam probant, & quorum catalogum apud authores passim reperies; Nobis impræsentiarum pauca sufficiunt argumenta, quorum primum desumitur à solidorum corporum subitanea solutione, alterum à metallorum rossione. Quippe solida etiam alimenta brevi temporis spatio per hanc fermentationem rediguntur in pulmæ, idquod nunquam per elixionem fieri posset. Deinde mineralia, præsertim martialia, tantam patientur in ventriculo solutionem, qualis à menstruo quodam chymico fieri solet, onniaque

illa apparent phenomena, quæ aliâs in chymica tali operatione conspici solent, qualia sunt sapor nidorosus, odor sulphureus, aliaque quæ nunquam elixioni & calori in acceptis ferti possunt.

§. 8. Fermentum hoc in statu naturali valde temperatum est, ita tamen ut pro subjectorum varietate nunc acidæ nunc salinæ plus vel minus volatiles prædominantur partes, hinc est, quare quod huic sepius nocet, alteri proficit & quod multi melius ferant atque bene digerant cibos duriores quam molliores, cum è contra aliis non nisi humidos valde & molles ferre possint.

§. 9. Peractâ hâc affumtorum attenuatione & fermentatione chylus ex angustissimo spatio in angustiorem propellitur fistulam ventriculo continuam, quò particulae antea expansæ, evolutæ & rarefactæ propriis coeant, sibique vicinius approximantur, quò ipsò illæ, quæ lubricæ magis & fluidæ sunt, ad latera intestinorum evertuntur & vasalæ etea ingrediuntur; quæ vero crassiores terrestres magis & fixæ vel nondum satis volatilisatæ sunt, ad crassa deproperant intestina & versus concavitas centrum magis premuntur: quem descensum non minùs quam ad latera Progressum promovet reciprocus diaphragmatis & musculorum ab dominis motus, adjuvante motu intestinis proprio & peristaltico dicto.

§. 10. Iter hoc chyli facilitant affluentes succi in intestino duodeno, quorum unus succus pancreaticus, alter biliaris vocatur; hi enim secretionem istam inserviant ipsumque chylum magis diluant, ut lequestratae partes lacteæ dulces magis atque

atque balsamicæ fiant; vel ut alii volunt chyllum in salsum volatile evehunt.

§. 11. Sic Chylus ex angusto intestinali canali per angustissimos tubulos lacteos in amplum chyli receptaculum, cisternam chyliferam dictum, & ex hac lymphâ ascendentem magis dilutus per angustorem canalem, ductum thoracicum dictum, ad augustos cordis thalamos, transfertur, atque paulò ante Cor sanguini per axillarem redeunt & lymphæ à partibus superioribus refluxi sive descendenti confunditur. Hæc sic confusa per venam cavam dextro cordis ventriculo infunduntur, ut ibidem prævi rarefactione magis magisque attinentur atque accuratius etiam secundum minima misceantur.

§. 12. Fit illa sanguinis rarefactio & in dextro & in sinistro cordis ventriculo à pluribus concurrentibus caulis: nam confluit & hic & ibi diversi generis æther, diversos, chyli, lymphæ, sanguinis, poros perfluens, hinc in massa tali heterogenea non potest non magna produci effervescentia, quam è recentioribus optimè explicat CORD E MOY, Philosophus Gallus: interdum, inquit, liquor incidit in massam, ejusq; interstitia vel poros ita occupat, ut spatiola relinquuntur, solimateria subtili replenda, inde motus variis particularum, tam liquoris, quam massa, donec Omnes pori à liquore sint occupati, ut videre est in calce vivâ, aquâ effusa. Sic portio sanguinis subtilissimi remanens in corde, quam primum per venam cavam recens admittitur, supervenientium particularum intervalla subita, ut sola materia subtilis in iis resiliatur, quæ sanguinis particularia tam

subito ac opportunè calefacit, ut cor sepe comprimens eas in ambas arterias expellat vehementer. Symbolum quoque conferunt subtiliores sanguinis partes, ex arteriis coronariis in cordis ventriculos permeantes, hæc enim motu luô velocissimâ sanguificationem egregiè promovent.

§. 13. Enim verò cor non solum instanti vasis chymici spatium conseruit, sed motu perenni sanguinem vi quâdam premit à centro versus superficiem, ejusque ingressum & egressum conservat, ut vel propterea inter musculos recenseri mereatur. Ejus autem motus duplex est, systole & diastole. In Systole apex cordis versus basin contrahitur, ejusque ventriculi valde intumescunt, quia sanguis usque adeò tunc rarescit, ut spatium plus centies majus occupet: verum, cum huic dilatationi fluida, per fibrarum interstitia torrentis instar circulantia, tenentur, cor iterum extenditur, ejusque alter motus, qui diastole vocatur, cietur, sicque sanguis rarefactus quâ datâ portâ, è dextro cordis ventriculo in arteriam pulmonalem, è sinistro autem in aortam expellitur, & in hujus locum sanguis recens per venam cavam in dextrum, per venam pulmonalem autem in sinistrum cordis ventriculum impellitur.

§. 14. Hujus perennis motus beneficio sanguis per arterias ab angusto ad angustum tendentes, ad omnes totius corporis partes amandatur, atque diversis in visceribus depuratus, cribratur, sic v. gr. pulmones multas fuliginosas partes transmittunt, renes lixiviosas, glaudulae fabcutaneæ salinas, hepatis oleolas, lichen acidas, quæ omnia accuratius noveris, si

abricam istorum viscera tibi benè perspectam reddideris. Quamvis autem sanguinis in circulum itus, nostrorum temporum fide & experientiâ satis superque probata sit, eam tamen magis illustrati posse persuasum habeo, si iconsum *Celeberrimo BAR THOLINO à STENO NIO* communicatum inspicias, atque in uno vel altero cadavere viscera ad hujus imitationem præpares, sic enim veram circulationis historiam comprehendes, & videbis, per quas flexuolas atque contortas vias sanguis eat, & redeat. His lucem affundit *BAR THOLINUS junior*, ævi hujus *Anatomicus famigeratissimus*, dicens; quod si sanguis per vias æquæ patentes pelleretur, partes recrementis non quam tam facile hinc inde depositum iri, nec ipsum chylum, & humores circulantes recens advectos cum ipso intimius misceri posse. Quippe juxta hunc *Celeberrimum Virum canaliculorum efficit multiplicitas, ut plures à sanguine partes faciliter secessantur, quod scilicet plures superficiem cribri attingunt. Deinde, sanguis in unum iterum communem alveum colligitur, ut à diversis partibus diversus rediens, ad statum uniformem reducatur, ubi alvei simplicitas efficit, ut sanguis homogeneus evadat, qui ex diversarum partium canaliculis redux, diversæ est naturæ; cum enim versus omnes partes propulsus, non easdem sed diversas sui particulas in singulis cribrorum differentiis deponat, non in itum, si ex diversis redux, discreperet ab invicem.*

§. 15. Quare autem certæ saltem particulae hinc in le in viscib; tantâ cum providentia separantur, nullam aliam af-

signare possumus causam, quam certam eamque constantem pororum configurationem, quæ, cum tum in vasis tangui-feris, tum in cribris & tubulis excretoris diversa sit, non possunt non certi saltem generis particulae hinc inde segregari & ab aliis divisorum facere. Quamdiu enim pororum figurae firmo stant ralo, ex sanguis singulis minus sanguini absolvit circulum, temper ea quæ excerni debent, excernentur, quæ vero admittenda, admittentur. Ipsi enim viscera nihil aliud sunt quam congeries vasculorum, & admissioni sanguinis, & excretioni re-crematorum, dicatorum, quibus massa quædam sanguinea vel chylota est affusa. Hæc obcertam portorum configurationem, certis etiam particulis transitum concedunt, & cum illa non eadem sit in omnibus, mirum non est, si aliae particulae secernantur in renibus, aliae in liene, aliae in epate, aliae in pulmonibus, aliae in pancreate, aliae in glandulis, aliae in testibus, &c.

§. 16. E quibus palam fit, sanguinem per venas refluxum vix uniformem esse possit, cum ipsi in partibus solidis temper diversi generis particulæ admisceantur, ut ridiculum sit, si Chirurgi sanguinem per venam tulam eò usque extrahendum esse dicant, donec ejus color mutetur; sic ienime potest, ut ob particularum diversitatem sanguis per venas rediens, non benè coloratus & tamen sanus existat.

§. 17. Quare hic solet, unde sanguis purpureum sanguinem habeat colorem? Respondeo: sanguinem sui ipsius esse opificem, nam, quando particulae sulphureæ, sive pingues & oleolæ cum salinis à co-

piofissima materia ætherea in corde exagitata & in orbem celetrīm volat̄ magis rarescunt & arctius conjunguntur, tamē sanguis accipit superficiem, ut radit̄ luminares inde reflexi ita modifcentur, ut sanguis coloris rubri in nobis excitent. Sal autem & sulphur hic omne ferre pūctum vel exinde probari potest, quia sanguis eō magis rubicundus & coloris incarnati est, quō plus de sale & sulphure participat, quia sulphur à sale alkalino secundum minima dissolvitur, dum ē contra, si acidum sit in sanguine, color obscurus magis sit, & sanguis crudior, juxta elegantissimam Chymicorum regulam: Sulphurea ab alkalibus solvuntur in minimas particulas; per acidum vero in particulas crassiores coagulantur; hinc facile potest dari ratio, quare ipsum lacum sale tartari volatili coctum, rubicundam tandem induat tinturam.

§. 18. Quod verò hic nec calidum innatum nec humidi radicalis mentionem faciamus, causa est, quia haec enī à nobis impetrare vix potuimus, ut credidissetus, hæc duo in rerum natura existere, cum nullum de his conceptum ipsorum essentiis conformem formare possumus. Tale quippe calidum innotum à primâ nativitate cordi inditum & ad ultimam senectam ibidem persistens cum humido suo primigenio nunquam observavimus, nam caloris essentia non consistit in quiete, neque calor stabilis est & insitus, sed omnis est influens, & nunquam idem sentitur calor, ut nunquam idem conspicitur fluvius. Quod si molestum fuerit, à veterum placitis omnino recedere, dicere possum calidum illud innatum esse reliquias sanguinis in corde ra-

refacti, quæ singulit tamen momentis mutantur, cum temp̄ aliae atque aliae accedant & priores avolent; Humidum autem prim genitum est chylosa seu lactea sanguinis pars, quæ pabulum & nutrimentum omnibus partibus suppeditat, & quā deficiente, partes flaccescunt & marcescunt.

§. 19. Ipsam quod attinet Cordis artificialissimam structuram, eam apud recentiores. Anatomicos videre licet, Nobis hāc vice hoc quidem inter alia notatum dignum videtur, quod sinister ventriculus propriè cor dici mereatur, quia dexter ob solos pulmones appellatus est, quo res scilicet utcumque tamen cor pyramidalem suam figuram obtinet, hinc illa etiam animalia, quæ pulmonibus carent, dextro quoque cordis ventriculo carent; Quæritur itaque an pulmones ob aeris admissionem facti sint? id quod quidem haud videretur, cum eorundem structura innat, eos sanguinis mixtioni & depurationi magis dicatos esse, quam respirationi, vel ut loquantur aeris attractioni, qui vel sine his qua datur via influere posset. Respirationis enim præcipuum organum non sunt pulmones sed diaphragma, quod cum cœteris musculis pari passu ambular, & motor dicatum est. Quippe à spiritibus animalibus inflatum protrudit costas & abdominis musculos, qui incumbenter aerem externum premunt, ut per tracheam ingrediatur, & hinc necesse est, ut pulmones instentur, & aer vi suâ classica sanguinem à passa rarefactione adhuc spumantem in motu suo progressivo verlus sinistrum cordis ventriculum adjuvet, cuius particulae aere non admisso ab

æthere versus omnes dimensiones potius moverentur, & motu tali intestino intra pulmonum cellulas mirum in modum tumultuantur. Verum cum interea atmosphæræ incumbentis gravitas obfet elevato thoraci & abdomini, relaxabitur statim diaphragmatis tensio, &

pulmones iterum collabuntur, sive fit exspiratio. Cœterum ipsum respirationis organum merè mechanicum esse hodie à SENGUERDIO ad oculum demonstratur, cui experimento in-situendo & nos unam vel alteram impensuris sumus horam.

## CAPUT IV.

De

### Spiritus.

§.

**M**edici & Physici intelligunt per spiritum corpus quoddam volatile à compedibus, qui illud detinebant, liberatum; sola enim subtilitas corporiculi sufficit, ut inde fiat spiritus.

§. 2. De spirituum corporis humani numero multus est SENNER TUS & qui hunc sequuntur. Ut plurimum quatuor recensere solent, naturalem, vitalem, animalem, & genitalem, atque pro singulis peculiarem constituant officinam. Verum cum entia non sint temere multiplicanda, putamus, omnes spiritus nostros commodè dividiri posse, quod sint vel vitales vel animales, de quibus nunc breviter.

§. 3. Spiritus vitalis est subtilior sanguinis pars, admodum activa, attenuata & rarefacta, corpori dans vitam & catorem, nunquam tamen formam sanguinis deponens.

§. 4. Spiritus animalis gradu & ratione subtilitatis differt à vitali, & sub forma auræ alicujus subtilioris merito concepitur; separantur autem à sanguine in

¶.

ipso cerebro, quod totum glandulosum est, & in ejus ventriculis tanquam in promptuario reservantur, ad motum & sensum præstandum.

§. 5. Separationis hujus modum describit nobis Philosophus, in tractatu de passionibus animi. Considerandum est, inquit, vividiores & subtiliores omnes partes sanguinis, quas calor in corde rafecit, ingredi indesinenter & maxima cum copia cavitates cerebri. Ideò autem è potius conveant, quam alio, quod omnis sanguis, qui è corde egreditur, per magnam arteriam dirigat suum cursum recta linea in eum locum; & cum non posse totus ingredi, quia via valde angusta sunt, partes eius magis agitatae, & subtiliores transirent sole, dum reliqua se diffundunt per omnes corporis partes. Ha autem partes sanguinis subtilissima, componunt spiritus animales, nec cum in finem ullâ alia egent mutatione in cerebro, nisi quod ibi separantur ab aliis sanguinis partibus minus subtilibus. Nam quos hic spiritus nomino, nil nisi

nisi corpora sunt, & alijs nullam habent proprietatem, nisi quod sint corpora tenuissima, & que moventur celerrimè, instar partium flammae, ex face excurrentis. Huc usque Philosophus. Neque tamen putandum, quod omnes particulae sanguinis ad cerebrum raptæ, ejusdem sint subtilitatis, cum plures etiam crassiores cum subtilioribus ascendant, ut nutritionem præstent, & ille, quæ residuæ manent, per vasa lymphatica versus cor reverhantur.

§. 6. Sunt alii, qui inter spiritum insitum & influum distinguunt: Quam distinctionem vel divisionem omni putamus carere fundamento, cum implicet dicere dari spiritum insitum & à prima generatione partibus solidis perpetuò inexistenter, atque auxiliò spiritus influi operationes suas peragentem. Præserum cum videamus sententiæ hujus patronos Spiritibus insitis ejusmodi qualitates in acceptis ferre, è quibus duo facile elici possunt absurdæ, quorum unum est, quod spiritus insitus percipiat & consequenter cogitet; alterum, quod anima omnium functionum author existat.

§. 7. Opera primum erit, ut de sensibus tam externis, quam internis paucis etiam agamus, qui omnes interni rectius dicuntur, quia anima nullibi externe sed internè sentit. Neque etiam motuum receptio, vel spirituum determinatio in organo aliquo externo propriè & ultimè fit, sed potius in cerebro.

§. 8. *Sensuum extenororum quinque recensentur*, qui omnes in tactu convenient, quod & sitim & appetitum referimus, atque in quolibet sensu tria notamus, receptionem videlicet simplicem,

perceptionem, & iudicium. Receptio nil nisi motus est, attributum solius corporis, quia tamen in nobis præter corpus alia quoque est substantia cogitans, occasione motuum certas habens cogitationes, & percipere & judicare nunquam in corpus, sed in mentem cadunt, sensus in homine ad totum spectant compositum, eumque in finem illi dati sunt, ut horum operariat, quæ sibi sint commoda vel incommoda, utilia vel noxia.

§. 9. *Visus* est sensus externus, ope cuius objecta videntur, nempè quando radii luminares, (lumen enim & color sunt objectum visus) ab objecto illuminato reflexi, incidenti in oculum, ejusque tunicas & tres humores transentes ita restringuntur, vel determinantur, ut in fundo oculi objecti effigiem, prout id in camera obscura contingere solet, depingant, id quod sit in tunica retina, quæ oculi aliud quam expansione nerva, hinc impressiones seu totidem motus mediante nervo optico deferuntur ad cerebrum, commune omnium nervorum principium, & mediantibus spiritibus animalibus ad ipsam glandulam pinealem, cui mente immediate junctam esse, ibidemque percipere & judicare statuimus.

§. 10. *Auditus* est sensus externus, quando ær motu tremulo vibratus, impetur facit in auditus organum, quod ex tympano, tribus officulis & nervo auditorio componitur, quorum ope motus ad ipsam glandulam pinealem deferuntur.

§. 11. *Gustus* est sensus externus, quando corpuscula plus minus rigida, ope salivæ impetur faciunt in papillas nerveas lingua, easque ita afficiunt, ut mens

mens in cerebro certorum quorundam saporum ideas, distincte concipiāt.

§. 12. *Olfactus* sit, quando effluvia ē corpore odoro emissa, mediante aēre imperum faciunt in fibrillas nerveas narium, easque plus minus commovent.

§. 13. *Sentus Tactus* est, quando objectum tangibile attingit fibrillas nerveas, mediante quibus motus ad cerebrum defertur; hinc rectē diximus, omnes sensus convenire in tactu, quia quod est titillatio in cute, hoc est sapor suavis in lingua, amoenus color in oculo, gratus sonus in aure, acceptus odor in naribus.

§. 14. *Sensus interni* sunt *sensus communis, phantasia & memoria*. *Sensorium commune* quod omnium sensuum exteriorum motus recipit, est *glandula pinealis*, cūm nulla cerebri repetiat pars, cui hæc dignitas in acceptis ferri possit. *Phantasia* est certa spirituum animalium radiatio, sive certa illorum cursus forma, super glandulam pinealem: vel in homine est applicatio mentis, quā objectum absens tanquam præsens, ope certa spirituum animalium radiatione, intueretur. *Memoria* consistit in vestigiis cerebro impressis, unde si spiritus animales in eadem incident, eandem suscipiunt cursus formata, cūjus occasione menti priores occurrent cogitationes.

§. 15. *Affectiones sensuum* sunt *somnus & vigilia*. In somno cerebrum non adeò inflatum est, ejusque pori magis connivent, nec spiritus pleno agmine secundum lineam rectam excurrunt; hinc cessant sensuum extenorū functiones. In statu vigiliarum cerebrum se habet instar levati veli, ipsique spiritus stupendā

cum alacritate, pro determinationis varietate systema nervinum iradiant.

§. 16. Et cum generationis negotiū, per peculiarem liquoris genitalis texturam, ibidemque latentem corporis producendi ideam sive rudimentū, à quo specificatio motus materiæ tubulis unicè dependet, explicari possit, nos opus est recurrere ad vim plasticam, spiritum genitale, aliasque nugas. Quippe hæc omnia explicari possunt, si ad mentem *Celeberrimi Medici & Philosophi Cranenii* dicamus, testes in utroque textu circa annos pubertatis potos magis stabiles & constantes nancisci, qui non cuivis auscultent motu, sed certam saltem primi elementi materiam, sive quod idem est, certum ætherem transmittant, unde eo tempore activa admodum sanguinis particulae ad has partes rapiuntur, quæ adjuvante artificiosestissimâ structurâ & fabricâ in fermentum seminale abeunt, quod sanguini denuo confusum, sèpius stupenda inducit symptomata, humorum circulantium orgasmum, insolitas alterationes & peregrinas fermentationes excitans.

§. 17. Itaque rectius statuitur, semen ab utroque textu emitte, hoc tamen cum discrimine, quod spiritus genitalis matris rationem habeat *actoris*, fœminæ vero semen *modificatoris*. Si enim ovarium muliebre aurâ seminali virili imprægnatur, ipsis ovis ibidem sub forma vesiculae vel sphærule seminalis delitelcentibus, fœcunditas conciliatur, ut unum vel alterum turgescere & tandem ad uterum devolvincipiat.

§. 18. In hæc fermentatione particula lactic spatio aliquot dictum in guttulam rubi-

rubicundam salientem, quam sanguinem vocamus, mutatur, cuius partes crassiores à centro pelluntur versus superficiem, quæ sibi invicem cohærentes, dum interea subtiliores torrentis instar illas permeant, canaliculos constituent, quas arterias vocamus, verum, cum à superficie versus centrum repellantur, nec per easdem vias regredi possint, deflecent à via recta, & per alias regreduntur, quos tubulos venas vocamus, quæ reverā nihil aliud sunt, quam viæ sanguinis reflexæ.

§. 19. Neque tamen statuendum est, partes corporis fœtus vel ex semine, vel ex sanguine menstruo in utero materno componi: solus enim chylus est qui ope glandularum uteri secretus, pro fœtus tūm formatione, tūm nutritione, copiofissimè affluit, ut quamvis infans non respiret, lacte tamen per os nutritur, quo ipso omnia illa quæ de sanguine menstruo, pro negotio nutritionis fœtus in utero dicuntur, vix digna æstimamus, ut iis revellendis inhæreatur.

## CAPUT V.

*De*

### *Partibus corporis humani.*

§. 1.

**Q**uoniam corpus nostrum nil nisi contextus vasculosus est, variogene-  
tis luccos in se continens, dicimus, omnes  
partes corporis nostri esse vel solidas vel  
fluidas; omnes esse vel sensibiles vel insen-  
sibiles. Insensibiles rectius intelligi-  
biles vocantur, & usque adeò exiguae  
sunt, ut in sensu non incurvant, revera ta-  
men existere & ratione & effectu facile  
demonstrari potest, horum enim ope,  
naturam sanguinis cœterorumque fluido-  
rum, & qualitates medicamentorum

evidentissimè explicantur. Sensibiles  
sunt, quæ ex insensibilibus componun-  
tur, & sub sensibili forma in sensu incur-  
runt, & haec nunc propter diversas fun-  
ctiones aliaque accidentia, dividuntur  
in similares & dissimilares, in organicas  
& inorganicas, in principes, & minus  
principes, in spermaticas & sanguineas,  
quæ omnes divisiones vel minus necessa-  
riae sunt, vel falsâ aliquâ nituntur hypo-  
thesi.

## CAPUT VI.

*De*

### *Temperamentis & nutritione.*

§. 1.

cum in partibus fluidis consideremus  
temperiem & mixtionem, in solidis au-

C tem

**P**raemissa partium divisione, transi-  
tum facimus ad Temperamenta, &

tem pororum constitutionem, filamentorum mollietatem vel rigiditatem; Temperamentum definiti potest, quod sit qualitas, vel certa corporis dispositio à fluidorum legitima temperie & mixtione, & partium solidarum debita textura & pororum configuratione, dependens.

§. 2. Illum autem sanguinem temperamentum & probè mixtum vocamus, cuius omnes partes convenienti ordine, motu, situ, magnitudine &c. inter se ita convenienti, ut nulla qualitas praे aliis prædominiū obtineat. Ex quo palam fit, temperamentum ad pondus vix dari posse in rerum natura, cum omne ad proportionem & justitiam Geometram potius sit compositum.

§. 3. Temperamenta dividuntur ad mentem Peripateticorum, in calidum & humidum, calidum & siccum, frigidum & humidum, frigidum & siccum. Vel juxta Galenicos in sanguinum, cholericum, phlegmaticum, & melancholicum. Vel secundum Astrologos in Solare, Lunare, Joviale, Martiale, Saturninum, Mercuriale & Veneratum.

§. 4. Enim vero ad intelligendam haec tenebris obvolutam doctrinam de temperamentis, notari iterum velim, sanguinem ex particulis indefinita figuræ, &c. componi, nempe ex acidis, salinis, gummosis, aqueis aliisque, que variis suis extremitatibus & promiscuitatis variis poros atque varia interstitia efformant, ut materia primi elementi nunc copiosius, nunc parcius, nunc citius, nunc tardius, prout plus vel minus in motu suo rectilineo vel etiam spirali impeditur, ea torrentis instar permeat, atque sanguinem

nunc velocius exagit, & temperamen-tum calidum producat; nunc vero eum segnius commoveat, & temperamentum frigidi author existat.

§. 5. Rutus, si particulae sanguinis sulphurea inflammabiles & agiles in corpore prædominantur, magnus aderit calor, pulsus erit vehementior, somnus brevior, facies erit pallida, cum aliqui virore, & qualem judici habere soleant: hoc est, ejusmodi corpora habent temperamentum cholericum vel biliosum. Si vero particulae aquosæ vel vescicæ & crudiores reliquias superent, temperamentum dicitur phlegmaticum sive putridum, qui enim tali prædicti sunt temperamento, frequenter sputant, faciliter frigent, somnolenti sunt, & ingeni tardioris, languis minus est fermentescibilis, salia activa magis depresso jacent, vasa sanguifera non sunt adeo distenta, habitus corporis mollis, facies autem pallida est. Potò, si particulae acidæ, fixæ, aliæque feculentæ & terrestres præ aliis in sanguine caput extollant, temperamentum inde exortum vocatur melancholicum, tales sunt cogitabundi, tristes, obstructi-nibus expositi, & semper in uno peccant extremo; vel nimis voraces, vel nimis abstemii, vel tristes vel extremè hilares, alvus vel loliò fluidior vel nimis sicca existit. Verbo dicam, semper sunt valetudinarii & in eo infelices, quod medio tu-tissimi ire nesciant. Tandem si languis lacte siturgidus, ejusque partes in corde prompiissime rarefcant, & gummosæ ad nutritionem admodum aptæ, prædominantur, temperamentum vulgo dicitur sanguineum.

§. 6. Neque tamen diffiteri possu-mus,

mus, vulgates illas denominationes juxta primas qualitates lubrica incedere via, & infirmo stare tali, quia fundamentum consistere tantum videtur in testimonio sensuum & in relatione ad sensus nostros, qui in explorandis qualitatibus calidis, frigidis, siccis, humidis, mirum quantum à scopo aberrant, & mentem in errorem precipitant, sic ususpius homini eadem aqua nunc calida nunc tepida videbitur, prout nempe una manus altera calidior existat. Eadem difficultate altera etiam temperamentorum divisio quatuor humorum existentiam in sanguine pro fundamento habens, premittit, cum hactenus non potuerit solidè evinci, quatuor illos humores in sanguine praexistere, ipsique formaliter inesse, nemo enim billem, phlegma, melancholiam aut sanguinem, tanquam humorum aliis contradicendum, in sanguine naturaliter constituto, unquam repertus, quamvis sanguini sexcenta, nempe particulae amarae, dulces, &c. insint, adeoque humores illi saltem materialiter praexistere dicuntur. Anile etiam est refugium, quod in sanguine per V. S. extracto queruntur, quem in quatuor istos humores precipitari persuadere conantur, tantum enim abest, ut humores illi tali sub facie praexistenter, ut potius ex uterba ab aere recens admisso, sanguinis mixtione, & particularum subtilium secessione, recens combinatos esse, vero similis sit.

§. 7. Symbolum conferunt ipsa filaments, & quod cogitationes certis motibus semel in utero allegatae, postea ususpius cum iisdem motibus recurrere soleant; in quo fundamenta idiosyncrasia, sympathia, antipathia, & quod multi non pos-

sint ferre feles, caseum, &c. ponuntur.

§. 8. Multò minus excludenda erunt sidera, quæ diversis suis aspectibus, conjunctionibus, oppositionibus, aliquid ad temperamenti mutationem conferre possint, cùm quotidie videamus, quod ipsa fluida pro diversitate phasium vagabundorum luminum, novas suscipiant alterationes, ut vel propterea non omne illud, quod de themate natalitio dicitur, habeamus pro fabula, quamvis non insciemur, in hoc negotio suavia quandoque in omnia, gentiles superstitiones, & ludicas fabulas pro veritate nebis obtrudi.

§. 9. Quia verò ipsa fluida non solum, sed & solida fluidis cuncta, singulis fere momentis variis, vicissitudinibus & mutationibus sunt obnoxia, ipsa etiam temperamenta vix paribus semper poterunt ambulare passibus, quin potius proportione temporum anni, regionum, & ætatis, mutari debeant, hinc non male tota nostra vita in quatuor distinguuntur ætates, nempe in infantiam & pueritiam, quæ ad annum 7. vel decimum quartum se extendunt; In adolescentiam, quæ intra annum 25 & 35 terminatur in etatem medianam, quæ ab hoc termino ad annum quinquagesimum durat, & tandem in senectutem, quæ ad finem vitæ usque protrahitur, & teneat utem viridem, medianam & decrepitam subtile comprehendit.

§. 10. Restat ut doceamus, quomodo machina corporis nostri & augeatur & nutritur. Ubi attendere debemus ad arterias, quæ singulis pulsibus poros nanciscuntur magis patulos, per quos in statu naturali sanguinis partes chylo, mucus

multis aquosis dilutæ , tubulos partium solidarum , ceu todidem vascula , ingrediuntur , quarum aliqua superficerum suarum similitudine partibus nutriendis facilè adhærent , cum juxta Philosophum nullum firmius reperiatur glutinum quam superficerum similitudo , & si duo corpora se in plurimis punctis immedia- tè contingunt . Interea aliæ magis vola- tiles & celerius agitare per insensibilem transpirationem , sub forma halituum vel vaporum , tenues abeunt in auras . Ma- xima verò pars sub nomine humorum circulantium , per vasa lymphatica ver- sus cor revehitur , & tandem sanguini de- nudi confunditur .

§. 11. Sed quare dum juvenes adhuc sumus crescimus , & dum senes sumus , decrescimus . Quare sæpius pinguis- cimus , alio autem tempore marcescimus ? Hoc ex antedictis facilè colligi potest , quia enim fibræ partium solidarum molliores adhuc sunt , dum juvenes sumus , facilius fluidis cedunt , & ampliora juxta se efformant spatiola , ut lactea illa sanguinis pars copiosius affluat , & plures particulae juxta fibratum radices ob superficie similitudinem apponantur , quam re- tenuerunt in auras , hinc non solum tunc nutritur , sed quia plus apponitur , quam consumitur , etiam augemur . Quodsi plures partes pinguiores & ra- mosæ sibi invicem in interstitiis muscu- lorum , aliisque locis subcutaneis , vel et- iam circa extremitates vasorum lymphati- corum , in cavitatem aliquam hiantium , sibi invicem connectantur , tunc pingue- scimus . Verum ubi fibræ jam duriores factæ , tubulique & pori valde angustan- tæ , nec fluidis amplius cedere possunt ,

præterea etiam fibrarum à nutriendarum superficies à lympha acriori facta atter- tur , varieque mutatur , tunc succus nutritius nec satis commode , nec satis largi- ter apponi potest , hinc partes corpo- ris nostri marcescunt , facies rugosa fit , & totum corpus ad senectutem com- ponitur .

§. 12. Verum enim verò multis vide- bitur paradoxon , quod doceamus , san- guinem non sub forma sanguinis nutri- re , sed quasdam saltem sanguinis parti- culas nutritioni impendi . Sed qui com- munem & hactenus receptam sequuntur sententiam , non videntur ex æquo pon- derasse naturam sanguinis , quam supra dectipissimus , quod ex indefinitis , indefi- nitæ figuræ & magnitudinis compona- tur particulis , non quidem eum in finem , ut forte per tot diversi generis corpuscula ad præstandam nutritionem magis aptus reddatur , sed potius ut vitalis illa fermentatio & itus humorum in orbem , sine quo , nec humorum fluiditas , nec sanguini- nis depuratio , nec corporis nutritio præ- stati posset , conservetur . Deinde , si san- guis sub forma sanguinis nutritur , debe- ret extravasari , quo facto , statim fieret grumulos & ad nutritionem inidoneus : & tertio , si sanguis nutritur , tum illæ par- tes , quas inmediatè alluit , brevi in im- mensam crescerent molem , id quod tam- men in pulmonibus nunquam observa- tur . Et quamvis hic forte distinguere velint inter nutrimentum partium sper- maticarum , & partium sanguinarum , inanem tamen ludent operam , cum jam antea ostenderimus , nullas partes esse ex semine , sed omnes ex lacte & sanguine ; & ipsum lac sanguini inesse facile proba- ti po-

ri potest per præcipitationem, liquore a-  
laminoso factam, sic enim maxima ejus  
parts sub forma liquoris albicanis vel la-  
ctei, in conspectum venit,

## C A P U T VII.

De

Sanitate.

§. I.

**S**anitas consistit in partium fluidarum  
Temperie, & legitima secundum mi-  
nimas particulas, mixtione, & in canali-  
culorum & tubolorum debita stabilitate,  
conformations & configuratione, sic

enim machina corporis nostri apta na-  
ta erit, omnes functiones, tam  
vitales, quam animales  
exercendi,



C 3 IN-

temperie, & legitima secundum mi-  
nimas particulas, mixtione, & in canali-  
culorum & tubolorum debita stabilitate,  
conformations & configuratione, sic

# INSTITUTIONUM MEDICINÆ RATIONALIS LIBER II.

## Sive PARS PATHOLOGICA.

### C A P. I.

#### *De Morbis.*

§. 1. *Morbi intemperiei.*

**I.** intemperiei, morbos conformatio-  
nis, morbos compositionis, & morbos solu-  
tæ unitatis: ad quos tamen ultimos prio-  
res omnes cum Hippocrate lib. de fra-  
cturis, referre possumus, dicente, omnes  
morbos esse ulceræ, id quod optimè de  
morbis etiam fluidarum partium dicitur.

§. 4. *Morbi intemperiei* sunt vel  
Cacochymia vel turbata mixtio sanguinis.  
Et cum illa primariò & propriè ha-  
reat in sanguine & cœteris humoribus, à  
sanguine dependentibus, dum nempè  
una qualitas excedit & prædominium  
obtinet, hinc varia hujus intemperiei re-  
cententur species, v.gr. intemperies tri-  
gida, intemperies calida, falla acida, au-  
stera, pituitosa, biliofa, melancholica vi-  
scida, &c.

§. 5. Solent etiam intemperiem cum  
materia, & intemperiem sine materia in-  
ter se distinguere, verūm cùm intempe-  
ries, tanquam qualitas vitiosa non possit  
esse sine materia, rectius omnia illa quæ  
de intemperie sine materia dicuntur,  
omittimus.

§. 6. Et

**L**ongum non minus quam tæ-  
diatum foret, altius hic repe-  
re velle, quæ de causæ morbifi-  
cæ, morborum, & symptomati-  
cum discrimine olim tradiderunt Institutionisti.  
Si enim omne illud, quod  
hominem affigit, juxta Hippocratem  
morbis est, quid quælo erit, ut hæc tria  
tanta cum subtilitate distinguantur, cum  
non solum in uno tertio convenient, sed  
etiam in se invicem subinde commuten-  
tur, morbum enim sequitur symptoma,  
cujus quasi causa est ipse morbus: deinde  
datur symptoma symptomatis, & sic prius  
est morbus, posterius productum morbi.

§. 2. Ut verò subjectum morbi nunc  
radicaliter est in partibus fluidis, denomi-  
nativè verò in partibus solidis, ita ipse  
morbis describi potest, quod sit vel par-  
tium fluidarum in temperie & in mixtio-  
ne alteratio, sive vitiosa fluidorum di-  
positio, actionibus in œconomia animali  
edendis inepta, vel partium solidarum  
quoad situm, poros &c. vitiosa dispositio.

§. 3. Morbi dividuntur in morbos

§. 6. Et cum morbi occultarum qualitatum, sive totius substantiae, ad morbos intemperiei, sive turbatae mixtionis referantur, quid opus est entia temere multiplicare, præsertim, cum ipsa venena non occulta sed manifesta agant in corpora nostra qualitate, nempè corrodendo, exedendo, fluidorum mixtionem destruendo, peregrinas fermentationes excitando, quidni ergò licebit morbos malignos sive occultarum qualitatum, per salium figuram, per peregrinum ætherem, explicare?

§. 7. Sunt autem morbi turbatae mixtionis morbi fluidorum, dum hæc secundum minima turbantur, hinc ex turbatione mixtionis sanguinis, prodeunt omnis generis febres, tanquam ex Pandore pyxide non, nisi gradu à se invicem distinetæ. Quod enim profundior mixtionis turbatio, è major malignitas ut in peste, febribus malignis; quod levior, è minor malignitas, vel nulla, ut in ephemera, hecūca, febribus intermittensibus.

§. 8. Morbi conformatioñis sunt

vel in quantitate vitiosa secundum numerum & magnitudinem, quales v. gr. tumores, vel in qualitate vitiosa, secundum figuram, secundum poros, vel fibrarum laxitatem & rigiditatem.

§. 9. Morbi compositionis situm partium potissimum lœdunt, & unius partis cum alia connexionem, quales v. gr. sunt procidentia uteri, hernia intestinalis, &c.

§. 10. In morbis solutæ unitatis vulgo attenditur ad continuitatem solidarum, in sensus incurrentium, quod si Solutio continui fiat à cœla scindente vel pungente partem aliquam fibrosam, morbus ille vocatur vulnus. Sin vero in ejusdem generis parte solutio fiat ab humore acri & corrosivo, dicitur ulcus. Quod si continuum in parte aliqua dura lœdatur, à violenta aliqua causa externa, erit fractura. Si pars illa ossa exedatur ab humore aliquo stygio vel septico, dicitur caries. Quod si plures fibre contundantur, non statim vero à sanis separantur, morbus ille vocatur contusio.

## C A P U T II.

### III. De Accidentalibus morborum differentiis.

§. 1.

vidimus essentialia morborum, pro-grediendum ergo erit ad accidentalia, intuitu quorum morbi dividuntur in morbos congruos, quales sunt variolæ in infante, febris tertiana in juvene, catarrhus in senectute, & in incongruos, v. gr. cachexia in infante, variolæ in adulto, caulus in tene. Quæ divisione utilitatem

suam habet in instituendis præagiis, cum morbi incongrui plus semper alant periculi quam congrui, & actati convenientes.

§. 2. Potro morbi dividuntur in idiopathicos, sive per essentialiam, & in morbos sympathicos, sive per consensum. Morbi per essentialiam fiunt, quando cœla

radi-

radicaliter est in ipsa parte affecta ; morbi autem per consentum fiunt , quando malum aliundè communicatur , vel causa transmittitur , sic datur v.g. epilepsia per consensum ex ventriculo , ex utero , ex lene . Sic datur vertigo essentialis , datur etiam vertigo per consensum . Sic datur vomitus idio pathicus , datur etiam vomitus sympathicus .

§. 3. Consistit ille consensus vel in paritate nervorum , in continuitate vel etiam vicinitate , vel in sanguinis reliquorumque humorum circulatione , hinc non amplius difficile est explicatu , quare vomitus , nausea , colica comitantur nephritidem , quare in passione hysterica adfint , motus convulsivi , respirandi difficultas & vomitus , in lumbricantibus epilepsia , in disenteria singultus , in alvi obstruktione iusterus , maximus enim est consensus inter omnes nervos , partesque membranosas , v. gr. inter uterum , intestina , ventriculum , diaphragma , & meninges .

§. 4. Dividuntur quoque morbi in morbos epidemicos , qui epidemicè plures permeant regiones , quales sunt vario-

læ , febres malignæ , tussis ferina , dysenteria ; & in endemicos , uni regioni familiares , v. gr. phthisis in Anglia , lues venerea in India , corbutus in Westphalia , arthritis & nephritis in Austria , struma in Styria .

§. 5. Tandem morbi sunt vel chronicæ , & diu durantes , quos non die neque horis , sed septimana & mensibus metimus , quales sunt febris quartana , hydrops , obstructio mensium , cancer , phthisis , &c. Vel sunt morbi acuti , qui videlicet citè & cum periculo ad finem tendunt , quales sunt apoplexia , omnes febres etylipelatosæ , sive inflammatoriae , v. gr. phrenitis , angina , peripneumonia , pleuritis passio iliaca , nec non omnes febres malignæ .

§. 6. His morborum differentiis cophonis instar aliae superandi possunt , dum morbi vel sunt simplices vel composti , universales vel particulates , vernales , aestivæ , autumnales vel hyberni , hæreditarii , remittentes , intermittentes , parvi , magni , legitimi vel nothi , benigni vel maligni .

## C A P U T III.

De

### Temporibus morborum .

§. 1.

**M**Orbi acuti non solum , sed & paroxysmali febrium intermittentium , sua habeant tempora , quæ in principium , in augmentum , statum & declinationem dividuntur ; principium primis horis vel diebus circumscribitur : augmentum fit ,

quando symptomata ingravescunt ; in statu omnia sunt in extremo & res versatur in discrimine : Tandem declinare dicuntur morbis , post factam aliquā crisi , & quando symptomata à vehementia & gravitate cessant .

§. 2.

§. 2. Horum temporum diversitas depender primo à natura & indole ipsius sanguinis, qui commune hoc habet cum omnibus liquoribus fermentescibilibus, ut gradatim fermentare incipiat. Secundò à majori, vel minori lucta & pugna inter ætherem peregrinum & ætherem consuetum, quo enim hic vel ille difficultus vel facilis expellitur & succum, ita ipse ægrotans citius convalescat vel morietur, & tales morbi citius vel tardius ad statum vel declinationem devenient.

## C A P U T IV.

De

## Causis morborum.

§. 1.

**C**AUSA morbi alia est proxima, alia remota alia conjuncta seu continens, alia antecedens, alia procataractica, quæ antecedentem in scenam introducit.

§. 2. Morborum causæ efficiētes sunt sex res non naturales, plethora, cacochymia, venena, & peregrinus æther.

§. 3. Sex res non naturales sunt aer, ci-  
bus & potus, somnus & vigilia, motus &  
quies, excreta & retenta, & anima-  
p-

themata. Dicuntur res non naturales ob scuro termino, quia corpus non con-  
stituunt, aliæ enim essent res naturales,  
neque si legitimè administrantur, noxam  
infertunt, sic enim essent res præternatu-  
rales. Verum quia absque illis corpus  
conservari nequit, & si error aliquis in  
ipsorum regiminae committatur, magna  
corpori accedit noxa, vocantur res non  
naturales.

## C A P U T V.

De

## Aëre.

§. 1.

**D**Efinimus aërem cum Cartesio, tam nobis suppedante descriptio-  
nem, quæ naturam aeris penitus exau-  
tit, id quod de definitione Peripatetico-  
rum nunquam dici potest, quod sit con-  
geries particularum tertii elementi, pri-  
mo & secundo innatantium, cujus partes  
ad eō tenuer, & perpetuo motu à se invi-  
cēm disjuncta sunt, us singulis momentis  
motibus globularum cœlestium sive secundis

di elementi obsequantur, hinc semper  
manet corpus rarum, fluidum & pelluci-  
dum.

§. 2. Si itaque aer & in motu & in  
mixtione rite fuerit dispositus, vi sua elas-  
tica sanguinis circulationem per pulmo-  
nes promovet, & nimiam humorum ra-  
refactionem temperat. Sin ab æthere ni-  
mium exagitetur, sanguinem quoque at-  
tenuat, humores exagitat & sensum calo-

D

ris

ris in nobis producit. Sin insignis ejus portio versus unam aliquam plagam moveatur, excitat sensum frigoris, transpirationem sufflaminat, obstructions inflammatorias producit, lympham restringat, & acidum vel auget vel foras reducit.

§. 3. Quod si in atmosphera nostra sialia varii generis obvolent vel plures a quoque particulae aerem humidior em red-

dant, variis generis febres, catarrhi, tumores, aliaque mala producuntur.

§. 4. Hæc autem peregrina corporiscula vel ex globo terraquo ope caloris solis vel ignis subterranei evocantur: vel ex aliis halitusis corporibus supra terram existentibus aeri afflantur, quibus varius, telluris fatus accessus & recessus respectu solis aliorumque vagabundorum luminum velificari solet.

## C A P U T VI.

De

### Cibo & Potu.

§.

**U**terque morborum ferax est, prout vel quantitate vel qualitate ventriculo & sanguini noxam inferunt, istius fermentum obruendo aut enervando, hujus temperiem inquinando aut mixtione turbando. Nam qualis eibus, talis chylus: qualis chylus talis sanguis, qualis sanguis tales spiritus, talis lymphæ, talia fermenta, talis Sanitas.

§. 2. *Cibus* qualitate peccans abit in mucum aut pastam acidam viscidam. Vel in liquamen solidum & putrilaginosum convertitur pro qualitatibus nempe & conditionis varietate, quæ vel sola eadem generare poterit mala. Prodeunt ex hoc nido duas famosæ cruditates & vitiæ digestiones, quarum una acida, altera mordorosa vocatur. Ex eodem fonte scatu-

riunt

variis generis febres, flatus, intumescientiae, obstructions, sanguinis Cacochymia, ejus mixtione turbatio, succi nutricti depravatio, scabies, diarthræ, dysenteria, &c.

§. 3. Rotus iisdem etiam modis valetudinem nostram infectatur, ipsamque economiam animalem impugnat, præterim si durante fermentatione vel distributione ingeratur, aut frigidus æstuantibus visceribus affundatur, ubi idem in visceribus sit, quod ferro ignito frigide immerto contingere solet, hoc est, inflammatoria obstrucratio producitur & æther antea maxime agitatus, nunc, superveniente obstructione omnia in vicinia turbat & tumultus cierit.

## C A P U T

## C A P U T VII.

De

## Somno &amp; Vigiliis.

§. I.

**C**um Spirituum animalium officium inter alia sic, sanguinem ab extremis oris versus centrum premere, hi autem tempore somni sanguinis pressiori à centro ad superficiem resistant, quod cedere nesciant, & fermentationes eandem ob causam sint debiliores, luce meridianâ clarius est, nimis in somno humores ad coagulationem disponi, spiritus animales & parvus generari & crassiores fieri, unde capitis dolor gravatus, catarrhi & lymphæ visciditas totiusque torpor extinxuntur.

§. 2. In nimis autem vigiliis spiritus exteruntur, in mixtione turbantur & in qualitatibus ratione volatilitatis depravantur, hinc febres oriuntur, langue: digestio in primis viis, præsertim si spiritu. Et diis fevierioribus impendantur, unde sanguis tandem activis viis particulis exuitur, sanguis particulis terrestribus irretita non possunt volatilisari, sanguis crassior, acidus aut fœculenius redditur, & ad scorbutum sternitur via.

## C A P U T VIII.

De

## Motu &amp; quiete.

§. II.

**Q**uamvis motus intra mediocritatis terminos coercitus humorum itum & reatum promoveat, atque insensiblement transpirationem conservet, utcunque tamen si nimium intendatur, fortes quoque variis ægritudinibus pandit, præterim si à nimio motu poti nimium referuntur, spiritus animales exagitentur, peregrina fermenta & visceribus excutiantur & sanguini confundantur, auchic ob ni-

miam vasorum concussionem limites suos prævaricetur, & quâ datâ viâ profluat. Sin verò cùm fluida sùm solidi à nimio etiò torpescant, transpiratio sufflamabitur, humores circulantes restagnabunt in tubulis, & præsertim in glandulosis canaliculis & vasculis excretoriis, unde variae sanguinis impuritates, affectus curanei aliquae morbi ab acido orti, suos deducunt natales.

D 2

CAPUT

## C A P U T I X.

De

*Excretis & retentis.*

§.

**S**illa quæ excerni debent convenienter tempore, loco & mensura excernantur, magnum profectum corpori humano inde exturgit præsidium. Verum si excernenda detineantur, aut retinenda excernantur, non possunt non vatis inde excitati in economia animali turbæ, id quod in hemorrhagis præsertim obliterati solet, quæ si excedant, sanguinem

I.

profundunt, principia activa exhaustiunt, calorem depauperant, & morbos vulgo frigidos dictos accersunt. Sin consuetæ evacuationes suppressæ, gravissimæ non minus morbis laxantur janua quales sunt hydrops, apoplexia, asthma, quartana, scabies, icterus, febres inflammatoriae, &c.

## C A P U T X.

De

*Passionibus animi.*

§.

**A**nte omnia videndum erit, quid sint passiones animi. Describuntur autem à Philosopho in Tr. de passionibus anime p. 14. art. 27. quod sint perceptiones, sensations aut commotiones anime, quæ ad eam speciatim referuntur, queaque producuntur, conservantur & corroborantur per aliquem motum spirituum animalium.

I.

deat quam facile totum corpus in animi passionibus alterati & de statu suo deturbari possit, præsertim si ad insigne illas mutationes fluidorum, quæ ens vel co-mitantur, vel à tergo sequuntur, mecum attendere velit.

§. 3. E quibus palam fit, ipsos spiritus animal es in animi passionibus præ aliis fluidis affici: Verum cum in statu naturali sanguis premat atque urget spiritus animales hique vicissim lympham & sanguinem, atque principales & perennes motus, pulsus nempe & respiratio ab illis dependeant, nemo erit qui non vi-

g. 3. Hinc in tristitia & morore sanguis parcior è corde emanat, cuius officia quasi constricta tenentur, pulsus tardior est & debilior, diaphragma uno sed lento tenore subinde deprimitur, unde suspiria & gemitus audiuntur: respiratio patua est & debilis, pallent genæ, torpet lingua pectus contrahitur, calor labascit, sanguis incrassescit, lympha redditur viscosa, pancioresque generantur spiritus & omnia fluida quasi in vappam vel acorem

remabeunt. Quippe ex spirituum defensione perit appetitus, chylificatio fatiscit, languent digestiones & præmatura senectuti, vel, qui cum hac in omnibus convenit scorbuto, cardialgia, melancholia, tumoribus cancerosis inflammatoriis, vel etiam intermittentibus febribus, immo ipsis tandem gangranæ & sphacelo fortes appetiuntur; de quibus consule praticos & Experientiam.

§. 4. In ira sanguis cum spiritibus animalibus ceterisque fluidis contractiis, veluti motibus agitatur & convellitur, hinc sunt, bilis & succi pancreaticie effusiones, supervenit diarrhœa, cor tremit vel palpitat, facies mox paltet dein rubet, os spumat talesque furibundis vel epilepticis ferè sunt similes. Sæpius sanguis in mixtione turbatur & febris inducitur: non raro humores circulantes rapidius circumacti, adjuvante solidarum partium vellicatione & concussione peregrinum quoddam fermentum è foco aliquo, in quo diu sopitum jacuit, secum vehunt versus cordis thalamos illudque sanguini confundunt, quod mixtione ejus turbando, varias producit effervescentias atque ebullitiones sive motus secundum omnes dimensiones, unde calor; Et multi ex irâ corripiuntur variolis, aut alia febri malignâ. Quod si spiritus animales

à sanguine tali nimium pressi quoque in ordine suo turbentur atque cum impetus ad partes extra cerebrum explodantur, accedunt illicè motus convulsivi. Si verò vel ipsa glandula pinealis contrariis ejusmodi motibus concutiatur, aut spiritus nimium jam aucti, vel in placido & tranquillo per cerebrum discursa irritati non amplius legitimam cursum servent formam, orientur deliria, ipsa mens quâ strobruit nec in se ipsam descendere aut super cogitationes & ideas inter se confusas reflectere potis est, hinc brutalis quandoque exoritur furor, & fertur quis autiga nec currus audet habendas.

§. 5. De terrore nihil habeo quod addam, cum jam in vulgus notum sit, quæ noxæ inde & insidiae struantur & endantur liquori cum vitali tum animali. Sic catamenia quandoque ex solo terrore ita sistuntur, ut nunquam revocari possint; sic terror fit pestis pueratarum: Sic hæmorrhagia natum compescitur quando in scio æstro frigida cervici astunditur: Sic singulum solo quandoque curamus terrore, quo tuissim convulsivam invantum curatam quoque vidit Villius. Et ex eadem causa sanguis cœterique humores in vulneratis ad coagulationem admodum protulunt.

## C A P U T XI.

*De:*

### Plethora, Cacochymnia & turbata mixtione sanguinis.

*S.*

I. Lethora dicit nimiam sanguinis beneficiorum dispositi abundantiam.

Plethora dicit nimiam sanguinis beneficiorum dispositi abundantiam.

D 3

Quæ an unquam dari possit, sive sit, ut scholastici loquuntur, ad vires, sive ad yala,

vasa, non usque adeò liquidum est. Quamvis enim primarium Venæ se dionis fundatum possum sit in plethora & ipsa etiam experientia eam confirmare videatur, tamen qui eam cum *Hemorrhio* in dubium vocare audent, ut venæ tensionem, quaro à Diabolo inventam & introductam fuisse non nemo afferit. & fo-  
to medico proscribere possint. Verum enim verò probabilius mihi quidem pri-  
or videretur sententia, quod videlicet lac  
subinde ita augeri possit in sanguine, ut  
magna inde totius massæ sanguineæ tur-  
gescentia & ratefactio exoriatur, hinc  
cum moles illa pari alacritate ab ipsis spi-  
ritibus animalibus ad redditum verius Cor  
urgeti nequeat, plethorici magis præ aliis  
tubent, vasa sanguifera distenduntur, cor-  
pus obesum fit & carnosum, præterim si  
ouium & quies accesterint, que vel sola  
plethoram producere possint, ut id in  
equis evidentissime observatur.

§. 2. Est autem plethora multorum  
morborum parens: dum vel orificio  
vasis sanguiferi ob nimiam sanguinis  
molem nimium dilatatur, unde hemor-  
rhagie originem trahunt. Vel aliquod  
vasculum ob nimiam distensionem tum-  
pitur (id quod in facie quandoque ob-  
servatur) & sub forma sanguinis egredi-  
tur; hoc si in pulmonibus contingat, ori-  
tur *hemophysis*. Sin verò id fiat in cere-  
bro vel cerebello, & sanguis extravasatus  
principium nervorum comprimat, oritur  
inde *apoplexia sanguinea*. Quod si san-  
guine in parte membranosa extravasato  
partes fluidores dissipentur, crassiores  
verò & rigidiores poros cedere nescios &  
præ aliis magis constantes in tantum ob-  
struant, ut soli materiæ mundi subtilissi-  
mæ sive primi Elementi transitus conce-

datur, hæcque & velocius nunc & aliter  
determinata obstructas illas partes & vi-  
cinnum sanguinem ex agitet, hic in mixtio-  
ne turbatur, illæ verò rumpuntur vel di-  
stenduntur, unde dolor pungitius & in-  
flammatorie febres producuntur, ut in  
phrenitide, angina, & pleuritide videre est.

§. 3. Facile tamen crediderim, ple-  
thoram vix persistere posse, ut non tan-  
dem in consortium trahat ipsam caco-  
chymiam sive intemperiem sanguinis. Est  
autem *cacochyria* vitiosa sanguinis qua-  
litas, sive vitium sanguinis in qualitate,  
dum ob sensibile magis unius vel alterius  
humoris prædominium sanguis viscidus,  
acidus, fatus, biliosus, putridus aut fœ-  
culentus, vel melancholicus redditur.

§. 4. Ipsi quoque humores circu-  
lantes taliisque succi à sanguine depen-  
dentes pro varietate salium aliorumque  
degenerum corporis colorum varias hac in  
cacochyria sortiuntur appellations, ut  
ipsa lymphæ nunc salsa, nunc viscida nac-  
tenuis; bilis veð nunc magis viscida,  
nunc præliaua vel æruginosa, nunc atria  
vocetur.

§. 5. Tandem & mixtionis sanguini-  
nis turbatio mater omnium febrium hic  
sub censum venit causarum morbiifica-  
rum, quippe febres sunt, quarum ratio  
formalis & essentia unicè in turbata san-  
guinis mixtione consistit. Nunquid caco-  
chymia longè alind quid dicit, quam  
turbata mixtio? hæc sane nunquam qui-  
dem est sine cacochyria, illa autem sapi-  
us est sine febri. Sic liquor quidam fieri  
potest impurus, verum cum secundum  
minimas particulas non sit turbatus, faci-  
le per subsidentiam, decantationem vel  
filtrationem à solidibus liberari potest.

Si

*S*imixtio ejus secundum minimas particulas semel fuerit turbata, omnes antedictæ depurationes frustra instituuntur, id quod sit in liquore fulmine tacto, aut sub Syrio acelcente, qui nulla etiam arte in pristinum restitui potest. Hæc si san-

guini applicare vellemus, facile è variis turbationis gradibus varias febrium species elicemus, ita quidem, ut extremus gradus constitutus peste, prius vero Ephemeram.

## CAPUT XII.

*De*

### Flatibus, lumbricis & calcuto.

§. 1.

*Q*uoniam & hæc res præter naturam in corpore genitæ, gravissimos subinde producunt morbos, haud immixtū sub censem caularum morbificarum veniunt.

§. 2. Et facile quidem cum Veteribus dici posset, flatum causam efficiērem esse frigus sive intemperiem ventriculi frigidam: verum cum ex autopsia constet quod in ipsis cholericis, qui tamen temperamenti calidi sunt, quandoque copiosissimi reperiantur flatus, alvi que rugitus & murmur etiam in sanis exaudiantur, non videmus, quomodo, in explicandis flatuum causis, elementaribus illis qualitatibus contenti esse possimus. Hinc sororèctius cum ne oreticis statuimus, materiam, ueratā horum, ita & flatuum semper esse in ventriculo & intestinis, dum semper vapores & exhalationes ex intestinali fistula per poros, quæ datur via, in altum elevantur atque inferiorem corporis regionem pervagantur, quod si contingat, ut Porti illi obstruantur, flatus sive carthi ventriculi & intestinorum generantur.

§. 3. Rursus, si ex reliquiis alimentorum primis in viis mucus coadetur,

in quem vel salia volatilia assumptorum, vel ipsa etiam bilis pinguis facta incident, flatulente statim fiunt rarefactiones, & cum tunc tenacitas, nunc crassities obstat, quod minus flatus illi per poros exhalare possint, distensiones abdominis dolores & incondita murmura exoriuntur, taleque gas flatuosum non raro vel per superiore vel per inferius guttur ubi cum impetu exitum querit.

§. 4. Si ingestis his frigida superbibatur, indeque pori ventriculi & intestinalium contumacius obstruantur, tanta subinde offitur abdominis intumescens, ut rupturae accedit periculum, id quod invaccis raporum foliis assatim vescentibus, videre licet, quibus, si frigidam statim superbiberint, ex flatuum copiâ ilia rumpuntur.

§. 5. *Vermes* quod attinet, eundem hic à veteribus commissum notamus eritatem, putantibus, vermes non ex semine, sed ex nescio quod sterquilinio per generationem æquivocam produci, hoc enim falsum esse evidentissimum nobis probatum dedit experimentis Rhedi Itali, cuius vestigia prementes dicimus, o-

mnes

annus vermes ex ovis muscarum , tanquam ex semine, adjuvante calore putredinali, & proportionato , excludi , quæ cum alimentis , præseruum saccharatis , jacticiinis , aliisque quibus muscae insidias struunt , copiosissimè ingeruntur , & postmodum in ventriculo & intestinis imò in aliis etiam partibus solidis ad matritatem promoventur , ut non male scripsiter *Helmontius* , putredinem esse patrum lumbriticorum .

§. 6. Sed progreditur ad generationem *Calculi* , quem ex calida renum intemperie humores terrestres adurente , produci autumant . Enim verò quamvis non inficemur vitra & ollas aliaque vasæ ex arena , cineribus vel argilla vi ignis quotidie confici ; nemo tamē opinor erit , qui ealem ignem in renibus concipiatur aut sigulinam ibidem sibi effingat fornacem , in qua humores eo delati ad tantam excoqui possint duritatem . Imò ridiculum faret , tale quid in senibus sibi imaginari , in quibus vestalis ille ignis friget , & ad latentes coquendos nimis debilis redditus est , cum tamen hæc ætas nephriticis doloribus admodum obnoxialisit . Itaq; ut veram calculorum caulam eruamus , in subsidiūm vocabimus Experimentum chymicum à *Celeberrimo Domino Mazio* , institutum , in enim in calculi destillatione vel sublimatione multum salis volatilis , parum olei invenit , reliquum in fundo caput mortuum fuit , in quo vix tantillum salis fixi repetire potuit . Deinde adver-

tendūm est ad humores in primis viis apud calculosos restagnantes , qui acido austeri sunt , viscidi admodum & glutinosi . Et tandem hoc etiam probè notandum est , quod sèpius in vesicula tellea sive quæ lapides ac in renibus generantur . Quibus præmissis dicimus , calculum generati ob defectum particularum oleosarum in sanguine , & consequenter in urinatophos eadem ex causa congreescere , si quidem ob illarum defectum salia volatilia sui juris facta glutinosos humores combinant & coactant , atque tandem in duelech cum ipsis concrescunt , deficiunt autem particulari oleosæ ob deficientem debitam meteorationem & attenuationem in ventriculo & intestinis . hinc sopitæ manent oleosæ ballamicæ particulæ , ut postmodum in sanguine extraverti non possint , & actimoniam aut aculeos salium obtundere neciunt . Quæ certè tentatio veritati magis consona est , quam illarum qui ad spiritum lapidificum configuiunt , & quid in corpore nostro fiat quidem dicunt , sed quomodo id fiat , teiçent , vel ignorant . Confirmant quoque eam medicamenta calculum frangentia vulgo dicta aliaque quæ vel præservationis vel curationis gratia commendantur , quippe hæc omnia ventriculo vel primis viis sive chylificationi & digestioni sunt dicata , ut si aliam nobis hic fingere vellemus causam , inanem cum iis , qui Silyphi saxum volunt , ludemus operam .

## CAPUT

## CAPUT XIII.

De

*Causis morborum intemperiei, conformatio-  
nis & soluta unitatis.*

§. I.

**C**um hactenus de causis morborum in genere egerimus, nunc delcendendum esset ad specialiores, id quod & veteres fecisse legimus, qui primò de causis morborum intemperiei sine materia, deinde cum hæc cauſe rationem habeat in accersenda intemperie cum materia, etiam de intemperie cum materia prolixè satis egerunt. Verum enim verò si aqua lance trutinemus omnia illa, quæ de hoc negotio apud Sennertum aliosque in institutione suis tractantur, fatendum nobis erit, nihil fere præter verba ibidem reperi- ti. Nunquid enim partes solidæ aliquam contrahere possunt intemperiem, que non radicaliter & formaliter sit in fluidis? dic quælo, ô bene! vitio nescio cuius facultatis in parte aliqua solida intemperies produci possit? cum tamen in parti- bus solidis nihil præter extensionem ejus- que modificationem hoc est certam potorū configurationem & fibrarum situm atque convenientem dispositionem ratio- tatione magnitudinis, rigitatis, &c. re- perieramus. Hinc vix latis mirati possumus, quod ipse Sennertus crassum hunc Galenistarum errorem non animad- verterit, cum tamen alibi, præsertim in tractatu de consensu & dissensu chimi- corum, Humoristarum & quatuor pri-

matum qualitatum Fautorum lapsus in apricum deduxerit, sed dandum aliquid præjudiciis & injuriis temporum, qui- bus in accepis ferendum quod L. 2. in- fit, cap. XL. scripsérit, Galenum recte do- cuisse, quod quelibet non solum animalis, sed & planta particula quatuor faculta- tes habeat, atque inter reliquas & eam, qua quod superfluum est & excrementiu- m, excernit & expellit. Addit Sen- nertius, Ac ne facilè animal de salute ac vita periclitaretur, Creator expultricem facultatem membris nobilibus fortio- rem indidit. Et ni hoc admittatur, non solum alia multa, sed tota de crisiibus do- lirina in dubium vocaretur. In crisi- bus enim manifestè videmus, quomodo partes nobiliores & principes humores, quibus gravantur, vel è corpore expelle- re, vel ad membra ignobiliora depellere soleant. Et cum hoc non faciunt mem- bra nobilia, sed oneri succumbunt, negue vitiosos humores expellunt, plerumque de vita actum est. Nempe tantà sapi- entissimi hi viti asserere audebant fiducia, partes corporis nostri solidas non pari ambulare possin, sed unam præ alia pere- rogativa gaudere, & maiorem habere vim noxiū expellendi, hinc in intempe- riebus explicandis multi erant in investi- E ganda

ganda parte mandat e l. recipiente: Deinde affluxum humorum dicebant fieri per attractionem, quasi pars aliqua solida alterata ex calore vel dolore humores traheret; sic vel singulis partibus ingenitam quandam tribuerunt cognitionem, quem errorem l. peperit vel nutrit vit ignorantia vera philosophia, si enim naturam motus scivissent, & quid esset calor, aut frigus, non opus habuissent ipso cum Sennerto varias intemperie ium calidæ cù frigidæ recentere causas, cum illius omnes in motu, hujus in quiete convenient. Itaque ut firmiori & æquiori incedamus. tramite, observandum est, partem aliquam dici laborare intemperis calida, quoties humores eam permeantes secundum omnes dimensiones agitantur, ipsæque fibræ solidæ celestius commoventur, sit hoc (1.) quando languis in vasis suis restagnat & motus progressivus transferatur in intestinum, (2.) quando pori & tubuli à causa vel externâ v. g. frigore aut contusione vel internâ humorum circulantium visciditate aut crassitatem obstruuntur aut pervertuntur; (3.) quando ipsæ fibræ disrumpuntur & in cincinnos resiliunt, ipsisque fluidis obicem ponunt, (4.) quando res acta calidæ admoventur. Quæ causæ tamen in eo convenient, quod ita disponant poros & intervalatum solidarum partium tum fluidarum, ut soli materiæ mundi tubillissimæ transitus saltet concedatur, hinc non potest non ignis & intemperies calida privatæ alicuius partis produci, quæ toti candem massæ sanguineæ communicatur, dum & hæc à peregrino motu in ordine & determinatione depravatur. Fieri tamen potest, ut languis ab assumtis, vino v. g. theri-

aca aliisque prius incalescat & intemperiem calidam acquirat, & ob peregrinum hunc motum in una vel altera parte solidâ restagneret adjuvantibus causis illis antea enarratis, præsertim si sanguinis mixtio à peregrino æthere prins fuerit turbata, & ad restagationem disposita.

§. 2. Frigidam totius intemperiens inducunt acida, præcipitantia, & inviscantia sanguinem, nec non quæ chylificationem retardant aut fermentum enercent aut lympham incrassant, quòd & illa, quæ a cū refrigerant, vel insensibilem transpirationem suffluminant, spectant, quamvis enim omnes illæ causa vices suas quandoque ita mutent; ut illæ, quæ calidam aliás producunt intemperiem, frigidam accersant, & vice versa illæ quæ refrigerant calorem excitent, hoc tamen non obstat, quo minus eas distinetè tradamus, scum contrarios ejusmodi effectus non nisi per accidens producant, & omnia illa intemperiem frigidam fecisse dicantur, quæ humoris in motu præpendunt, & fibrillas solidō minus movent, quamvis postmodum ob mutatam in fluidis & solidis texturam æther novos ciat fluctus & effervescencias.

§. 3. De causis intemperiei humida lubens sileo, cum illa non detur nisi forte aqua vel foris parti affundatur, vel intrus sanguini confundatur, sola enim aqua est humida, & partes illæ lubricæ & flexiles in corpore cribroso, & tot foraminulis pertuso, figi vel ad plenitudinem coadvertisse nequeunt.

§. 4. Intemperiem sicciam causantur omnia exsiccantia, v. gr. bainea minera- lia,

lia, ær calidus, medicamenta sudorifeta, adstringentia, motus nimius, & alia.

§. 5. Sed hic merito queritur, quare tantus humorum fiat effluxus ad partem dolentem vel in calescentem? Respondeo, nullus propriè loquendo datur effluxus ad unam partem magis quam ad aliam: quare autem humores in una parte magis congesti & sèpùs etiam majori in copia effluxisse videantur, certè nullam aliam agnoscimus causam, quam partis hujus obstruktionem, sanguinis humorumq; circulantium restagnationem, nec non particularum varium motum. Sic v. gr. manus igni approximas humidior fit, quia tunc fluida in manu versus varias dimensiones moventur, & motus ille circulatorius seu progressivus impeditur. Manus autem ambusta vel percussa, magis intumescit, quia fibræ calamitata humoribus transitum præpediunt, & cùm à tergo semper novi torrentis instar sequantur, non potest non in illa parte ad tanquam pleitudinem fieri collectio. Idem contingit in parte dolente, quia doloris causa est fibrarum disruptio, que statim in cincinno resiliunt, & sic contractæ transitum, non aditum, humoribus præcludunt: falsum itaque est dolorem vel calorem attrahere; falsum est, quod ubi calor vel dolor, ibi humorum effluxus Nihil ergo attrahitur, vel ab alia parte mititur, & quæ de partium Nobilium prærogativa & motibus criticis Senertus superius monuit, ea certè modo longè alio explicanda erunt, de quib; capite de crisi.

§. 6. Causæ morborum intemperiei sanguinis, quæ ex turbata mixtione oriuntur, sunt omnia illa, quæ peregrinum ætherem sanguini inferunt, qualia suet

omnia venena, præsertim secundi generis, quæ turbando magis quam rodendo agunt; theriaca intempestivæ & largius sumpta: vinum largius potum, miasma ta morbosa, purgantia vehementiores, pus, fermentum febrile extra sanguinem in tubulo partis solidæ collectum, sanguis grumolus, lac corruptum, que omnia ob mixtionis sanguinis latitudinem & subjectorum varietatem vix determinari possunt, quod enim unius sanguinis pars responderet, alterius minus commodum & conveniens esse potest.

§. 7. Ad morbos conformatio nis pertinet primò figura vitiata, cuius causa vel in utero materno querenda, vel post nativitatem imprudentiae nutricis, aut casui fortuito, vel humoribus vitiatis tribuenda est; quod varietas vasorum & humorum diversitas quoque spectant: Sic v. gr. in erysipelate vascula lymphatica capillaria obstruuntur, non sanguifera, hinc in erysipelate ratus pus appareat. Secundò obstructio meatuum, sic Tumores canceris & Bubones fiunt in partibus glandulosis, anthrax autem in tendinosis. Scabies vero oritur, quando tubuli excretori ci cutis obstruuntur. Tertiò ipsi meatus præter naturam aperiuntur, qui apertio nis modi vocantur anastomosis, diapidis & diarrhesis. Anastomosis & orifici va lis sanguiferi apertio. Diapidis subtilioris sanguinis per tunicas transludatio. Diarrhesis vasis ruptura aut erosio. Quartò meatus constipantur, comprimitur, quandoque protius coalescent.

§. 8. Causæ morborum compositionis sunt quæ vel nimium relaxant ligamenta, aut nimium contrahunt, vel planè disrupunt & disstringunt.

E 2      §. 9. Cam-

§. 9. Causæ Morborum *solutæ unius*: tatis præter varia instrumenta humores: actiores, liquores stygii, venena primi ordinis, & quæ virulentiam statim in ore, gula, ventriculo & intestinis explicant, esse possunt.

## C A P U T XIV.

De:

## Symptomatibus.

§. I.

**S**ymptoma est phænomenon; concomitans læsionem texturæ partium cum fluidarum tum solidarum. Sive affectus præter naturam, morbum ut umbra corpus concomitans;

§. 2. Quoniam duo illi liquores, vitalis nempe & animalis omne ferè ferunt punctum in œconomia animali, & intuitu horum duas quoque agnoscamus facultates, vitalem nempe & animalem, ipsa etiam symptomata dividuntur in symptomata actionis læsæ, qualitatis mutantæ, excretorum & retentorum.

§. 3. Omnis autem actio dicitur, læsa quatenus vel plenè aboleretur, vel immunitur, vel nimium augetur, vel depravatur.

§. 4. Ipsa illa facultas vitalis dum ad vitam sanam conservandam actiones circa chylificationem & digestionem edit, variis lœditur modis, unde variæ emergunt apparentiæ sive symptomata, quæcum ipsorum remedii nunc ordine resencebo:

§. 5. *Anorexia* est inappetentia, cum insolito quodam ciborum fastidio, fermenti ventriculi vitio introducta, à qua gradū differt *dyspepsia*.

§. 6. *Causa immediata* est defectus

vellicationis fibrillatum nerveatum in superiori ventriculi orificio. *Causa proxima mediata* quærenda est in fermento ventriculi; primo, quareanus illud ob turbatam sanguinis mixtionem plenè deficit, ut in febribus subinde contingit: secundo, dum illud fatuum est, & principiis activis exhaustum, quale in tenibus sèpius observatur: tertio, dum fixum nimis & viscidum, vel muco obvolutum est.

§. 7. *Causa remotiores* sunt alimenta quantitate & qualitate peccantia, variæ generis febres, hæmorrhagia; salivæ defectus vel ejusdem glutinositas, nimius testaceorum usus, ætas senilis, fumus nicotineæ, nimius thee usus, spitus vini intempestivæ sumptus;

§. 8. Symptoma hoc præsigit graviores in œconomia animali turbas. Si in febrium acutatum declinatione anorexia superveniat, vel appetitus antea prostratus non redeat, novam instare calamitatem sèpius portenditur; tutor est in febribus intermittentibus, sed pejor in dysenteriis.

§. 9. In curatione leviores vomitus approbamus, & in cathartica fortiora severius animadvertisimus: plus hic pro lunt corringtonia, restaurantia & volatilitantia, qualia

qualia sunt primò blandiora acida , fermentum cotis instar acuantia , v. gr. Spiritus confortativus citratus , spiritus salis alkalifatus , spiritus nitri dulcificatus , tinct. aperitiva *Mæbii* , Elixir. Vitriol. Mysf. ratt. vitriolat: Secundò amara , v. gr. Ell. absinth. centaur. &c. Tertiò salina , v. gr. omnia ex tartaro , omnia ex sale ammoniaco , omnia salia fixa , arcanum duplicatum: Quarto balsamica oleosa , Ell. cinam:ell. panis , elixir propriet. dulc. tinct. propriet. Mysfiche. Sal volat. oleosum quodvis , liq. c. c. succinat omnia olea destillata , ad unam vel alteram guttulam sumpta , juseculum calidissimè lumpum , potus thee moderatus.

§. 10. *Fames canina* est nimia appetititia , à qua gradu differt bulimia. Causa est fermentum admodum esurinum & fluidum , fibras nerveas continuo rodens. In febribus malignis plerumque prodromus est mortis: in intermittentibus morbi longitudinem minatur. In Curatione commendamus pulverem absorbentem *Celeberrimi VI Fidelis* , theriacam recentem , omnia ex oī parata.

§. 11. *Pica* est desiderium teram insuetarum , in quas non obstante quod inediles sint , & nomine alimenti indignæ , fertur appetitus , dum cretam , arenam , corium , chartam appetunt. In malacia autem appetitus fertur in cibos consuetos quidem , sed vel crudos , vel eō tempore non habendos. Causam dicimus esse mentem otiosam , & corporis motibus nimium auscultantem , deinde distinctam admodum vellicationem orificii ventriculi. Sicut enim sensuum externorum organa quandoque à causis intermis iisdem carent motibus , quibus ab objectis

cieri solent , ipsamque mentem , ex conseruacione judicantem , in errorem præcipitant , ita & in sensu famis peculiares ejusmodi fiant rosiones , quas mens distinctè percipiens , insolitos ejusmodi motus componere studet. Plura vide in disputatione de morbis ventriculi.

§. 12. *Sitis* est potus desiderium , cuius causa est vel obstructio canaliculorum salivalium , ut in febribus fieri solet. Vel a quo latum particolatum defectus , quale quid in hydropticis fit. Laudantur pro siti fallenda camphorata , decoctum hordei , decoctum citri , spir. salis ammoniaci , Tr. aperitiva *Mæbii* , Potus thee , & omnia jusecula calida. De frigidis enim rectè dicitur , quò plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ.

§. 13. Fermentatio sive chylificatione ventriculi in peculiaribus illis phœnomenis , quæ nomine cruditatis acidæ & nidoræ veniunt , depravatur. *Cruditas acidæ* est collectio humoris mucosæ & acidi in ventriculo & primis viis , quæ à Galenice sub nomine intemperiei ventriculi frigida traditur. *Causa* sunnassumta acida fixa viscidæ , hinc collectio ejusmodi muco inflatur ventriculus , alvus adstricta est , ventriculus plurimum valet ad appetitum , ad coquendum nihil. Ex concursu bilis , in crassi sua alterata , & succi pancreatici itidem corrupti , mixtura quedam astera oritur , mater scrotuti , hypochondriacæ affectionis , calculi , consumacium in visceribus obstructionum & sanguinis cacochymiaæ. Curator specificis corrugatis , atretuantibus & ad leptomeriam exaltantibus , interposito subinde blandiori laxativo vel etiam Emeticō , nam & hic cathartica male audiunt , quia humores

anores acidi nunquam sine magna turbatione evacuari possunt, nisi prius fuerint converti in serum. Commendamus iterum omnia ex absinthio, omnia ex sale armoniac: liq. terre foliat: Ell. ad acidulas: sal volatil. cleof. spir. carminat. de tribus: specif. stomachic. Poterii.

§. 14. *Cruditas nidorosa* dicitur, quando omnia assumpta abeunt in liquamen ovo patrido haud ab simile, hinc sapor in ore tetridus & ructus putridi percipiuntur, fluctuat corrupta bilis in ventriculo, que nunc ab assumptionis oritur, nunc à sanguine ventriculo transmittitur. Periculosis est cruditate acidâ, quia, ut illa morbos chronicos, ita hæc acutos intercomites habere solet, quales sunt vomitus, diarrhoeæ, cholera, febres malignæ. In curatione laudantur blandè temperantia, v. gr. omnia ex tamatinis; deinde quæ sal acre vel obtundunt, vel expellunt, v. gr. mixtura simplex, Tr. bezoart. Spir. nitri dulcif. tinct. opii.

§. 15. *Nausea* est inane vomendi desiderium ob superioris ventriculi strictionem & contractionem, ab humore quodam acri productam: quod si fauces digito fortius irritentur, sequitur ob conseratum fibrillarum motum vomitus.

§. 16. *Vomitus* autem est contractio ventriculi versus orificium superius, quod tunc non constrictum est, sicuti in nausea, sed patulum pro variis humoribus per gulam excernendis.

§. 17. *Causa* est irritatio fibrillarum ab humore acri & saepius admodum viscidio intra tæbulos tunicarum delitescere, qualis in scorbuticis & cachecticis saepius videtur. Vel liquamen quoddam biliosam ipsa in cavitate ventriculi fluctu-

ans: saepius causa est in cerebro, ut in vertigine, & vulneribus capitis. Non raro tunicae ventriculi sunt exulceratae, quod in dylyteria subinde contingit.

§. 18. *Causæ* illæ vel ab assumptis proveniunt: vel à sanguine, recrementa illa in ventriculum erucentante, ut in gravidis fieri solet.

§. 19. *Curatio* maturanda est, quia quatuor vomitiones plus debilitant, quam decein per alvum ejectiones; ante omnia autem acre vellicans est temperandum & fibrillarum spasmus demulcendus, quem in finem clysteres commendantur, interpositis cydoniatis, blandioribus acidis, opatiis, Bezoarticis vel lacticiniis hot-deatis & atyggdalatis. Externè Cataplasmata magis juvant ex discordio, succolada, confectione alkermes, oleo Nucis molchatae expresso, aquâ anhaltinâ, vino malvatico, spiritu menthe, ballamo embryonis, spiritu theriacali camphorato.

§. 20. In vomitu cruento præmissâ pro circumstantiarum varietate in brachio vel pede venæ sectione, decoctum hordei fissafratum cum conservâ rosa- rum & tinturâ bellidis compositâ, tintura corallorum cum cerâ parata, esfencia vulneraria *Hagendorpii* ex cachunda, pulvis absorbens *Vedelii* & omnia ex portulacâ convenientia.

§. 21. *Cholera* est symptoma ex vomitu & diarrhoea compositum, diversi enim fibrillarum motus (spasmodici) hic observantur, quorum unus sursum alter de orsum ciet: ille in ventriculi fibrillis, hic in intestinalibus sibi locum vendicat. Describi potest, quod sit inordinata vehementis & in diversas plagas irritatio fibrilarum

lrum in ventriculo & intestinis, cum pravorum humorum *causa* & *natura* excretionē & præsentaneo vitium discrimine,

§. 22. *Causa* iterum quærenda est vel in vitali flumine sanguine in mixione sua vehementer turbato: vel in assuntis putrilaginosis aut nimium fermentescibilibus vel etiam solito acrioribus: qualia sunt pinguia, lac, sanguis, purgantia, fructus horæ, & venena omnis generis.

§. 23. *Curandi methodum* accuratè describit Sydenham, jubens ad abstergendum & temperandum juscula alterantia in usum vocare cum enemate ex decoct. pullor. c. flor. chamom. lambuc. &c alii parat. humoribus illis fermentescibilibus maximâ ex parte absteritis reliquis frumentum paregori cum injiciendum est ex aqua mirabili menth. & laudan. liquido, aut potentius absorbentia propinanda, inter quæ crystallus omne fert punctum. inter composita laudantur pulv. Mantuan. anglic. cordial. pretios. theriaca œlestis, emulsiones amygdal. cum decoct. C. cerv. usto & lassafratio paratae.

§. 24. *Cardialgia* est magna quædam citra präcordia anxietas cum ventriculi dolore gravativo. vel diffusivo & suffocationis periculo.

§. 25. *Causa* est ventriculi & dia phragmatis distensio & compressio, à flatulentis vaporibus, exitum non invenientibus, producta. Oriuntur autem ex pasta acida vel muco viscido, ob pepravatam coctionem in primis viis collecto, hinc ipsa curatio cum curatione passionis hysterice, incubi aut asthmatis stomachalis fere concurrit. Laudantur enim & hic clystères revellentes & carminativi. es sent, carminat. *VVedelii*, liquor. C. C.

succinat. Sal volat. oleos. spirit. cephal. Buffii, ol. cinnam. cum absorbentibus datum.

§. 26. *Lienteria* est assūtiorum sub eâ formâ, quâ ingesta sunt, per alvum excretio. In cœliacâ autem passione alimenta, vel in tantum immutata, vel mutata quidem, sed non bene digesta, excrentur.

§. 27. In ordine *cansarum* primum obtinet locum lympha gastrica, aut deficiens, aut viscidior & fixior facta: symbolum conferunt errores duum viratus, sive vitia bilis & succi pancreatici. Quandoque sola alimenta, visciditate & soliditate peccantia, sunt in culpa.

§. 28. In curatione è annitendum, ut activitas fermenti restituatur, & tonus ventriculi corroboretur, ipsique porti obstructi referentur: Conveniunt itaque omnia ex mentha Zinzibere, absinthio & alia in curatione anorexiæ superius laudata.

§. 29. *Diarrhœa* est variorum liquidorum humorum per alvum excretio, à continua glandulorum intestinalium & fibrarum irritatione. Humores illi vel à sanguine transmittuntur, vel intempestivè vesicula fellea & panestate ob ordinatum in ira vel metu spirituum animalium motum exprimuntur. Sæpius salia actia glandulas continuo ad excretionem irritant & vel ex sanguine vel alimentis in ventriculo corruptis prodeunt.

§. 30. In curatione sedulò attenden dum, an aliqua subsit inflammatio, quam diarthrœam malignam vocant, & solis, bezoarticis & diaphoreticis, post habitus adstringentibus & refrigerantibus, curatur: si vero ex alimento corruptione &

pravorum humorum in primis viis coactatione orium duxerit, præmittuntur sudoriferis clysteres & blandiora purgantia, sublequuntur theriacalia & anodynæ blandioribus acidis maritata.

§. 31. *Dysenteria* est variorum humorum pure & cruento-tinctorum cum alvi tormentibus, pulsu frequenti, siti, vigilii & cibi fastidio excretio.

§. 32. Causa proxima est glandularum & tunicæ intetioris intestinalorum exulceratio cum osculorum valorum sanguiferorum exesione & corrosione.

§. 33. Salia illa corrosiva vel cum aere admittuntur & mixtionem sanguinis turbando sequestrationem talem præternaturalem in glandulis & tubulis intestinalibus instituant; aut in alimentorum in ventriculo subactione extravertuntur, & primò fistulam intestinalem, deinde ipsum sanguinem reliquosque humores circulantes, afficiunt, & eodem ægendi modo cum catharticis vehementioribus istiusmodi ludunt dramata, nullam enim puto dari dysenteriam sine febri.

§. 34. *Curatur dysenteria* tutissimè solis diaphoreticis, neq; video cur illa intestinalis & ventriculo denegari debeant, cum facilius hæc quam alibi obstructiones reserare & salia acria ex tubulis & positis tum glandularum tum fibrarum intestinalium foras eliminari possint, utpote, que sudoriferis facilius auscultant quam purgantibus; hæc enim nec abulcere, nec ab inflammatione, nec à turbata sanguinis mixtione indicantur, cum econtra sudorifera his omnibus exalset satisfaciant. Interēa horis vespertinis & nocturnis mitiora anodynæ & opiate interponenda erunt, quo acre illud vellicans mature

temperetur. De Clysteribus nunc meliora ex praxi edocitus longe aliter sentio, qui quod rarius applicantur, eò minus intensa irritant, nihil enim his amplius movendum, sed quod motum est, ad tranquillitatem quantum possibile componendum. Purgantia & clysteres si juvise videantur, id non præstiterunt causam morbi attingendo, sed morbi producunt, & quod priorem afflictionem augere potuisse, educendo.

§. 35. *Tenesmus* est continuus sed frustaneus egerendi conatus ob sphincteris ani trispaturam, à muco quodam acri excitatam. *Curatur* furo reolvente, diluviente & simul anodyno: multum quoque præstat solus Calor temperatus, hinc lac solis linteis duplicatis calide laepiis adhibitum levamen adferit.

§. 36. *Colica* est dolor ventris & intestinalum, quem alvi constipatio & vomitus subinde comitantur.

§. 37. *Causa* est humor acido austus, vel mordax & acris, in tubulis tunicae intestinalis fibras contorquens vel divellens. Sæpius flatus intus contenti & in testina & abdomen dolorificè distendunt.

§. 38. *Curationis* scopus primarius est, ut alvus sit lubrica, id quod adeò necessarium est, ut etiam unicò purgantem hanc sæpius satis feliciter expediamus. Sin autem alvus jam dum fuerit fluida, vicem purgantis abstergens enema, aut infusum aliquod tamarindinatum supplere poterit. Verum cum sæpius malum hoc uno iectu averruncari nequeat, ad potentiora deveniendum est deobstruentia, inter quæ sudorifera primas tenent, in quâvis colicâ, si alvus prius fue-

tic

rit relaxata, admodum proficia. Vienne Empiticus quidam sibi magnam comparavit famam per Colicæ curationem cum decocto quodam lignorum, cui par est rob ebuli cum tale volatili viperarum, aut spiritu diaphoretico Mysichti; Huc spe- & cant carminativa cum anodynis mixta; ut strictura fibratum relaxetur & flatus dis- lipentur, v.g. spir. tartari tum simplex tum compositus cum tinctura opii: spirit. nitr. dulcificat, tinctura salutis Langii cum opio &c. Externè lacculi paregorici in lacte cocti convenient: laudatur quoque fasciculus filorum lineorum illo- torum ∇. in coctus & abdomini impo- latus: alii ol. tuccin. umbilico instillant, quod alii cum Zibetho, balsam. apoplect. & axung cati sylvestris miscent.

§. 39. *Passio iliaca* est fibratum ab ano ad gulam usque convulsio, qua con- tenta intestinalia per vomitum rejiciuntur cum maximo ventris dolore & febri. *Sive perversio* motus peristaltici intesti- norum orta ab inflammatione, aut nimia distensione fibrillatum intestinalium.

§. 40. *Causa* plerumque est frigus externum, aut obstructio tubolorum à salibus, aut ira & perversus motus spiritu- um animalium, aut flatus diutius retenti, & quicquid inflammatoriam obstruc- tionem producere potest.

§. 41. Pro Curatione obtinenda lau- datur potiuncula apud Riverium ex sale absinth. & succ. limon. Instar omnium est aqua menthae, quam ad plures dies cum commodo exhiberi posse, author est Cl. Sydenham. Æger deducatur in balneum temperatum, & frustra tentatis usitatis hauriatur argenteum vivum ad plures uncias.

§. 42. *Alvi obstructio* oritur vel à bi- lis inertia, vel ab acido austero constricti- gente. Conveniunt poma borsdoffiana jejuno ventriculo comedâ ob vim tem- perandi acidum, quâ pollent; axungia an- serina cum pomis dulcibus cocta: passula laxativa, pruna laxativa, omnia ex tarta- ro, elect. de Tamarind. c. fol. lenn. vinum paſſulatum, clyster domesticus ex Jure & sale, aut saccharo vel melle.

§. 43. Quatenus autem facultas illa vitalis dicitur praesette sanguificationi & puluis conservationi, variis quoque ladi- tur modis, unde varia exoriuntur sympto- mati, quæ solitâ brevitate quoque recen- sebimus.

§. 44. *Palpitatio cordis* est motus quidam convulsivus cordis & valorum appensorum.

§. 45. *Causa* ut plurimum consistit in inordinato spirituum animalium influxu estque parvæ cujusdam epilepsiz species. Quod si sanguis viscidus sed admodum fermentescibilis fuerit, & spiritus crassio- res nimium rarecant, tanto cum impetu una cum sanguine ex cordis thalamis quoque exploduntur: saepius tal acce- vellicans in tubulos parenchymatis cor- dis deponitur, & irritando depravatos hos cier motus, hinc scorbutici & quæ fa- cilè fuent hysterice hoc morbo saepius corripiuntur. Conveniunt autem omnia carminativa & antiscorbutica, omnia ab- sorbentia & temperata cardiaca.

§. 46. *Syncope* (à quâ gradu differt lipothymia) est præceps virium lapus ob sanguinis circulationem præpediat, dum sanguis vel nimium caret, & in motu suo progressivo impeditur: aut ob aci- dum ex parte aliqua solida excussum &

F san.

sanguini confusum ad coagulationem & polyposam concretionem inclinat. Curatur spirituosis & sanguinis circulacionem promoventibus.

§. 47. *Cachexia* est nativi coloris torso in corporis habitu in lividum vel pallidum mutatio ob lymphæ visciditatem ejusdemque in tubulis restagnacionem. Si ve est plarum tubularum muscularium obstructio ob lymphæ vitium facta. Coïncidit hic affectus in curatione cum intemperie frigida, aut cruditate acida, nec non obstrukione hepatis, lenis, mensium, & iisdem curatur remedius q. s. essent. absinth. composit martialia, juniperina, volatilia oleosa, &c.

§. 48. *Scabies* est obstructio tubularum evanescorum & vasculorum extremitotorum in glandulis cutis miliaribus cum capillarium vasorum lymphaticorum obstructione, vel etiam dilaceratione, à sale quodam facta.

§. 49. Omnis autem scabies est maligna & contagiosa, & saepius multum facili negotii in curatione, quis quamvis cœtera salva sint in corpore, superficialium tamen tubularum & vasculorum evanescorum tanta adeat obstructio, ut saepius quod magis student scabiosi, eo magis in cute defcedentur. Conveniunt blandiora cathartica cum mercurio dulci, sudor ifera viperina, & infusa salia diluentia & temperantia: tale habet *Tinæus à Culdenkœlé* optimo tempore cum successu è me præscriptum: potus thea patem meretur laudem.

§. 50. Reum & vesicæ symptomata sunt ischuria, dysuria, stranguria & diabetes.

§. 51. *Ischuria* & *dysuria* gradibus differunt, illa est omnia modis urinæ sup-

presso: hæc ejusdem difficultas, dum cum conatu quodam & dolore ardente exerceuntur.

§. 52. *Cause Ischuræ* sunt variae. Sunt enim 1. in languore in mixtione turbato. Vel 2. in calidore, vel nimis strictis vel nimis flaccidis. Vel obstructis à pure, vel cruento aut calculo, aut humoribus crassis & glutinous. *Dysuria* a causa sunt vel in urina, salse acris turgida, aut pure acris contumata; vel in glandulis prostatis exulceratis & liquamen acre stillantibus; vel tandem in urethra exulcerata. Hinc curationes quoq; variant. Conveniunt in genere potiuncula ex manna, vinum malvaticum juniperinum, lpir. carm. de tribus. ol. amygd. dulc. omnia exterebinthina & succino, althea, liquor diureticus ex nucleis, liq. (pl. ex tart. & bc decoctum contra calculum) Foresti à Zavelffero correctum. Externè Cataplasma ex cœpis & hercor. ovil, nec non injectiones ex abstergentibus & temperantibus, ut & clysteres deobstruentes convenient.

§. 53. *Stranguria* est stillicidium urinæ cum dolore & ardore. *Causa* est salsus acris chylificationis vel digestionis ad vesicam translatum. Saepius culpa est in collo vesicæ, vel etiam urethra. Prosum aromatica oleosa, omnia ex chamomilla, vinū malvaticum, decoct. rapar. pingue, & omnia quæ in soda commendantur.

§. 54. Symptomata respirationis sunt dyspnœa, asthma & orthopnœa, quæ gradu saltē differunt. Nam dyspnœa est respiratio difficultis citra sonum: asthma est respirandi difficultas cum sonitu: orthopnœa summa est respirandi difficultas, ut non nisi erecta cervice spiritum trahere possint. Causæ quartæ sunt, vel in

in *languine* & *lympha*, vel in *spiritibus animalibus*, vel in *ipsis canaliculis trachealibus*, vel in *musculis abdominis*, vel in *ventriculo* & *diaphragmate*. *Praemissio* (si quidem opus fuerit) *cathartico ex extirpatione*. *Cnicoph.* aut etiam *vomitorio*, *conveniunt mixturæ pectorales ex aqua, astmat. hyssop. veron. l. l. albor. oxym. pectoral.*, vel *Scyllit. decoctum pectorale August. omnia ex sulphure, tartaro: sal ammoniac. sperma ceti & tinct. propriet. elicit. propter. dulc. sal. volat. oleos. essent. carminat. Magni VVedelit.*

§. 55. *Symptomata facultatis animalis & cerebri sunt primò affectus soporosi, coma, carus, catalepsis, lethargus, acubus, epilepsia, apoplexia, quo & vertiginem referre possumus. Coma est vel vigil, vel somnolentum. In illo adest quidem obstructio & inde ortus somnus, sed nec profundus, nec constans esse potest ob sal quoddam, quo mucus obstruens glandulas cerebri prægnans est. Carus est affectus medius inter coma somnolentum & apoplexiæ. Catalepsis est repentina & fortiter motus ablatio, talvamante determinatio se nesciā, hinc ægri eundem retinent sicutum, in quo erant tempore invasionis: manente respiracione, pulsu & calore toris, à sensorii communis (glandula pinealis) laterali obstrukcio, à crassis & viscidis particulis facta, ortum trahens. Cum enim ipsa glandula non amplius auscultet mentis imperio, sed determinationem semel à mente factam retineat, spiritus eo semper ordine influunt, & membra eundem cœu in statua retinent sicutum, donec nervorum portæ causâ externâ, membra aliter locante mutantur, ipsique spiritus in alias musculos influunt. Lethargus est somnus pro-*

tundus cum febri ob inopiam spirituum animalium & cerebri à pituitâ obstructio nem introductus. *Incobus* est somnus profundus cù anxietate circa præcordia, sensu ponderis thoraci incumbenti, & suffocationis periculo. Nempe mens hic judicat secundum consuetudinem, & in eo errat, quod non distinguat pressionem illam, & vellicationem fibrarum muscularium, respirationi dicatarum, non fieri ab objecto externo, sed ab humoribus & flatibus. *Epilepsia* est somnus profundus cum vehementi partium externalium concusione, vel internalium levi contractione, à tumultuoso spirituum animalium influxu ob subitanam pressionem, à sanguine, fermento heterogeneo & explosivo contaminato, factam, originem trahens. *Apoplexia* est somnus profundissimus eum sensuum tum externalium tum internalium ablatione, manente ad tempus respiratione, & pulsu. Causa est obstructio principii nervorum, si que vel à *languine* extravafato, vel à *lympha* admodum viscida, unde apoplexia vel sanguinea, vel humoralis est. *Vertigo* est plerumque prodromus gravioris affectus soporosi. Oritur ab obstructione nervorum, ut spiritus animale motu rectilineo influere nequeant, sed in turbinem quasi & gyrum vertantur; hinc objecta simili cieri motu apparent menti, juxta consuetudinem judicanti.

§. 56. *Curationis* in paroxysmo primarius *Icopus* est excitare ægrum, hinc frictiones, clamores, vellicationes instituuntur, naribus graveolentia offeruntur, alvis acribus clysteribus stimulatur, ventriq[ue]ssad vomitum invitatur, & pro circumstantiarum ratione venælectio instituitur,

tuitur. Extra paroxysmum Conveniunt post primatum viarum evacuationem fudorifera Cinnabarina, fetaceum, fonticuli, hæmorrhoidum aperto, potus theæ vel Coffe.

§. 56. Secundò sunt illa symptomata, in quibus spiritus animales aliquali & instantum adhuc finguntur officio: quanto primum est p̄ororitatis, & describitur, quodsi: delirium cum febri acuta & furore, ab ita immatoria obstruktione membranarum cerebri ortum trahens. Causa proxima est inflammatio menin-gum, qua sit, dum portat rigidis particulis obstruuntur quidem, sed ita, ut aliquot spatiola rehquantur soli materiæ primi elementi pervia, unde tum sibilibus illis tum fibris idem accidit, quod particulis aquæ & calcis vivæ invicem commixtis, aut succo graminis recens dissecti & in cumulum congesti accidere solet, indeque vicini quoque humores, languis & spiritus animales, incalescent, & in mixtione suâ turbantur. Causa remotorum sunt vinum, sanguis extravasatus, ira, febris ardens vel maligna, variolæ, lochiortum & suppressio. In Curatione attendendum est ad statum vigiliarum, & inflammatoriam obstruktionem, ne illas compescendo hanc augemus. Itaque statim aperienda est vena in brachio, pede, & fronte: non quod revulsio detur, qua stante sanguinis per venas reditu ad cor implicat, sed ut pressio ob nimiam vasorum distensionem facta imminentur, & obstructio eo facilius tolli possit. Hac itaque peracta nostrum commendamus, aut arcanum duplicatum cum ḡio diaphoretico & camphora, ex qua laudem quoque meretur aqua cordial frig. Saxon. camphorata. Externe duplicit frigida, quotum usum suspe-

ctum facit inter alia vulgare istud remedium ex gallina recens dissecta & capiti imposita, ad eius imitationem ego temperata calida frigidis ante ponenda esse statuo.

§. 57. Melancholia est dilirium cum timore & tristitia. Causa consistit in spirituum animalium crassitatem, hinc cursus formam semel suscepit facile retinent, ipsique cerebro vestigia profundius imprimit. Causa antecedens est intemperies languinis acida, sed ob salia volatilia profundius abscondita, facile fermentescibilis. In curatione commendamus vomitoria, martialia, inter quæ acidulas referimus, decocta acrimonia temperantia.

§. 58. Mania est delirium cum furore, sed sine febri. Majorem hic deprehendimus irregulatitatem, tum in languine sale acido abundantie, rum in ipsis spiritibus animalibus, quorum indifferentia sublatâ mentis turbatur tranquillitas, ut non possit non certis motibus inconcinnas jungere cogitationes. Si enim mens diutius hælerit circa contemplationem alicujus objecti, vel cum voluptate, vel graviori aliqua passione, tunc vestigia istius objecti cerebro vivacissime imprimitur: post ubi spirituum tollitur indifference, quod eorum quidam non adeo subtile maxima cum vi & agitatione in ventriculos propellantur, tunc à vestigiis illis, in quæ præ aliis facilis incident, reflexi, tua impetuositate sensuum commune viquadam abripunt, & menti imaginem quasi vestigii obtundunt, ut mens, omnia tua media ad justa ratio cinia non usurpans, mira quadam præcipitania absurdarum, & inconditum actionum fitat & actor & spectator.

§. 59. Can-

§. 59. *Causans antecedentem* dici-  
mus esse sanguinem multis irregularibus  
constantem particulis, iisque fermentati-  
vis. Vel fermentum certis temporibus à  
certa materia subtili è parte aliqua solida,  
ubi delituit, excutitur, & sanguini confusum  
dramata illa ludit. Huc faciunt aliæ  
caulæ procatarcticæ: tempus vernalis,  
hinc bene *Hippocrates*, *Vere quidem in-  
fanzie*: *Vinum generolum ejusque spiritu-  
tus, ita, influxus lunaris.*

§. 60. Maniaci robustissimi sunt, quia  
spiritus animales ad muculolas partes  
fortius determinantur, ibi demique ob-  
sui classitatem diuidus harent, nec facile re-  
tives abeunt in auras. Ex eadem causa, &  
humorum circulantium agitatione, sit ut  
intensissimum longo tempore circa no-  
xam ferre possint frigus; accedit, quod  
mens ab internis nimium occupata, ad  
externa minora legnus attendat.

§. 61. Malum & recens sit, non raro  
unico tollit opio. In veteratum au-  
tem difficilius curatur. Si sensorii com-  
muni vincula dilacerata sunt, pro incur-  
abili habetur. *Ipla cura periculi & mole-  
stiae plena, largioti V.S. & emetico ex hel-  
leboro albo, aliquoties repetito, insituitur,*  
quibus præmissis testacea, camphorata,  
nitrofa, decoctum anagallidis & pur-  
pur, fumar, languinem asinimum in potu,  
& tincturam fl. hyperici *Mynsichti* com-  
mendamus.

§. 62. *Paralysis* est sensus & motus  
abolitus, ob nervorum flacciditatem, ex  
obstructione tubularum, spirituum animalium in fluxum sufflaminante, ortam.  
Proxima itaque *causa* est denegatus in-  
fluxus spirituum animalium, ob pororum  
nervorum obstructionem ab humore pi-

tuitoso, nunc dimidiata spinalis medullæ  
partem, nunc uno in latere aliquot saltæ  
nervorum propagines occupante, fa-  
ctum. Fieri etiam porella obstructio  
ob compressionem & concussionem à  
sanguine extra vasato. In *Curatione* laepius  
purgandum, longisque decoctis aperiti-  
vis & incidentibus utendum; tandem ad  
thermas con fugendum. Interea cinna-  
barina, viperina, sal volatile oleosum &  
omnia ex salvia feliciter adhibentur.  
Quod si nec sic voti compos reddatis, in-  
unctio mercurialis, tanquam remedium  
anceps, proponendum est.

§. 63. *Symptomata oculorum* (squalia  
sunt amavrosis sive cæcitas, visus hebetu-  
do, myopia seu luctuositas, nyctalopia, o-  
phthalmia, pterygium, leucoma, glaucoma,  
(tussus, strabismus, epiphora) dependent  
à tunicarum humorū, spirituum, & nervi  
optici aliorumq; valorum visio: quippe  
tunica nunc crassiores sunt, nunc inflam-  
mantur, mox exulcerantur, variasque ex-  
periuntur ex crescentias: humores autem  
peccant, dum vel siccum mutant, vel figu-  
rām, vel consistentiam, aut heterogeneis  
corpusculis inquinantur; spiritus pec-  
cant in mixtione, motu & consistentia:  
nervi optici obstruuntur; vasa lymphati-  
ca nunc obstruuntur, nunc rumpuntur.

§. 64. Oculis convenient in genere  
spirit. anthos l' eau d' ungerie dictus, spi-  
rit. vini camphorat. aqua ophthalmen. *Ris-  
landi*, liquor ophthalmicus *Mynsichti*.

§. 65. *Aurium symptomata* sunt tin-  
itus aur'ii, difficultas auditus, surditas &  
dolor aurium. Dependent autem ab ob-  
structione nunc totali nunc inflammato-  
ria à crassis vaporibus, in tympanum vel  
nervum irruentibus. Inter remedias pri-  
mas

mas tenent spirit. tartar, sassafratus, aqua magnanimitatis, spir. vin. camphorat. aqua hyster. c. camph. & castor, tinct. succin. cum sale armori. parata, alia que acribus immittenda.

§. 66. *Gustus & olfactus* nunc abalentur, nunc deprivantur, variaque inde emergunt phænomena, quæ per obstruktionem pororum, lymphæ vitium, aut spirituum animalium defectum explicantur.

§. 67. *Tactus* laeditur, dum pars sensu privatur, quod symptomatum stupor dicitur, & à denegato spirituum animalium influxo oritur, eandemque cum paralyse expectit curationem. Quod si depravetur, oriuntur variae doloris species, quarum sex recensemus, dolorem gravativum, scindentem, pungentem, tensivum, ostocopon & pulsatorium. *Gravativus* fit à crassis humoribus, *tensivus* à fluentiis vaporibus, *scindens* ab acido, *pungens* ab alcali, *ostocopus* ab humore acri peristom & fibras medullares vel osses vellente, *pulsatorius* ob vicinam arteriam in membrana inflammata.

§. 68. *Symptomata* facultatem genitalem infestantia sunt sterilitas, gonorrhœa, suffocatio uterina. Sterilitas à sanguinis & lymphæ dyscrasia, semenis intemperie, & ovarii obstruktione proficilicetur. Curatur de obstruentibus, quem in finem balnea & thermæ commendantur.

§. 69. *Gonorrhœa* est semenis corrupti, aut liquaminis lymphatici, excretio, à visiculatum seminalium laxitate, semenis & lymphæ acrimonia, & glandularum prostatarum exulceratione, ortum trahens. Curatur purgantibus hydragogis, mercuri, dulcifici, sudoriferis, & succinatis.

§. 70. *Passio hysterica* est motus con-

vulsivus Melenterii & diaphragmatis cum sanguinis ad coagulationem aptitudine & prætentionis peticulo. *Causa* est humor acido austerus, in primis viis collectus: plus enim afficitur ventriculus & cerebrum, quam uterus, unde rectus morbus hypochondriacus diceretur: fallum enim uterum aescendere, aut convolvi. *Curatur* catminativa & opacitis præmisso enemate; alvus enim si in aliis morbis, protet in hoc, libera esse debet, quia causa videtur delitescere in ventriculo & intestinis.

§. 71. Nunc de symptomatibus in qualitatibus mutatis dicendum, quorum primum est *sterus*, quem à bilis effusione & regurgitatione in sanguinem oriri statuunt. Rectus forte dicitur, cum ab obstruktione vasculorum capillarium in ambitu corporis oriri ob sanguinis visciditatem & fluviorum particularum ab aliis in eo secessionem. *Causa* radicaliter ex primis viis, vel turbata sanguinis mixtione. In *Curatione* vomitoria & purgantia satiſficiunt, sæpius sudoriferis negotium conficitur: Vidi solâ fragaria abſinth, & carduobened. quatenus amaraunt & acidum corrigunt, citò fuisse curatum ieterum.

§. 72. *Chlorosis* est lenta febris à vitio lymphæ & forte etiam semenis orta. *Curatio* dirigenda est ad primas vias & ante omnia obstruktiones viscerum & glandularum tollendæ sunt, Commendamus eum in finem spirit. cephal. sive sal volatile oleolum, catminativa & martialia.

§. 73. *Erysipelas* est inflammatio vasorum lymphaticorum capillarium in cute cum febri. *Causa* est inflammatoria obstrucio. Internæ diaphoretica omne ferunt fumatum. Externe de obstruentia

v. gr.

v. gr. spir vin. camphorat. epithema ex flor. tambuc. rotar. tussilag. vino, aceto hiberg. myrrhā &c. convenient.

§. 74. Inter Symptoma excretorum & retentorum est mensum suppressio. Causa est vitium sanguinis & lymphæ, si-  
ve acida & viscosa ejus intemperies. Cu-  
ratur aloeticis, carminativis, sudoriferis,  
balneis, thermis. Placent mithi tinctura  
succini, tal volat. oleosum uterinum, li-  
quor. C. Cerv. succinat. omnia ex armo-  
niaco sale, martialia, elixir. proprietat. dulc.  
elixit. uterin. Mæbii, potus thee, & cre-  
brior enematum usus.

§. 75. Numinis mensum fluxus ortitur à  
sanguinis intemperie calida & acri; aut re-  
stagnatione sanguinis & in variis dimen-  
sione ebullitione. In curatione placent  
alimenta medicamentosa ex hordeo, &  
orizâ, ut & succi plant. bellid. nec non su-  
dorifera. Adstringentia autem impruden-  
tibus relinquimus, quorum usu plures vel  
ad orcum missi, vel in gravores morbos  
præcipitas fuisse, novimus.

§. 76. Lochiorum suppressio ut plu-  
rimum ab admisso aere frigido vel  
assunto potu frigido ortum tra-  
trahit. Inducunt autem lochia omnes  
istas calamitates, quas venenum eporum  
excitare solet, ut febris illa inflammatoria,  
quâ ferè omnes puerperæ moriuntur,  
non male pestis puerarum vocetur.  
Quoad curationem observari velim, pu-  
erperas tractandas esse, sicuti graviter  
vulneratos tractare solemus, utrinque e-  
nim eadem militat ratio. Commendamus  
tinctur. antimon. ex scorii reguli para-  
tam, tinc. myrrh. myrrham, arcan. dupl.

F I N I S Libri secundi,

antihect. Poterii, antim. diaphoret. aqu.  
hyster. puleg. & bezoardica.

§. 77. Lochiorum fluxus nimius ri-  
bil aliud est quam hæmorrhagia uteri à  
continuitatione orta. Pro Curatione  
Corallia & tinctura opii prudenter adhi-  
bita sufficiunt.

§. 78. Sudores nocturni sunt pedisse-  
quæ hecticæ & phthiseos, & ex colliqua-  
tione totius oriuntur, inde est quod ap-  
parentibus his phænomenis plures sibi  
metuant de imminente hecticâ, nesciij o-  
mnes pleneticos, vulgo dictos, & ubi a-  
cidum in primis viis prædominium obti-  
net, nocturnis quoque sudationibus faci-  
lè fieri obnoxios. Ubi enim chylus ob a-  
cidum vilcidior ad massam sanguineam  
fuerit delatus non potest non sanguis  
paululum turbari in sua mixtione, & in  
motu intestino evehi. Hinc tales eo tem-  
pore quid febrile patiuntur, pulsus est fre-  
quentior, arteriae in extremitatibus vehe-  
mentius pullant, & tandem sudores abs-  
que ullâ molestiâ erumpunt. Nempe  
quando sanguinis partes in motu pro-  
gressivo paululum retardantur, econtra  
autem intestinus ipsarum motus intendit-  
ur, plus humorum agitatorum in tubu-  
los excretorios cutis impellitur, quam sub  
forma vaporum egredi potest, quia ob  
tumultuarium hunc motum & ipsa vasa  
lymphatica capillaria obstruuntur, hinc  
serum pingue sub forma madoris quâ da-  
ta via proficit. Curatur hoc malum coenâ  
frigali, absorbentibus & sudoriferis.

§. 79. Quod si plura restent dicenda,  
sicuti reverâ restant, nullus dubito, ea  
æquè facile & perspicue nostris ex princi-  
piis explicari posse.

INSTI-

# INSTITUTIONUM MEDICINÆ RATIONALIS

## LIBER III.

### Sive SEMIOTICA.

#### CAPUT I.

##### De *Signis in genere.*

§.

**D**Octrina de *signis*, si quæ alia, digna profectò ut tyronibus commendetur, cum totâ die videamus, quâm enormes ob neglectam diagnosis committantur in praxi errores, & quâm facile Medicus ex ignorantia signorum prognosticorum existimationis suæ incurrere possit discri men. Multi enim sunt, qui vocati ad ægrotum, morbum vel planè non agnoscunt, vel alium à verò longè diversum sibi fingunt, & circa individuum vagum fluctuantes quasi per saltus ex quatuor mundi angulis remedia sibi invicem contrariantia acerlunt. Quapropter, ut hos evitemus scopulos, necesse erit ad apparentias, res sensibiles, sive quæ in sensu siccus incurruunt, attendere, missis his quæ alii de signis diagnosticis status naturalis hic tradere solent, cum vel in vulgo nota sint, vel scopum futuri practici non attingant.

I.

§. 2. Eandem merentur censuram signa Temperamentorum, tum totius, tum unius cuiuslibet partis in specie; si enim pars aliqua solida præ alia calidior aut frigidior appareat, nequaquam existimandum est, eam peculiarem & nescio quam possidere qualitatem, utpote quæ omnes ex se & sua natura sunt frigidæ, & pari in qualitatum choro ambulant passu, omnemque iuum calorem, qualis qualis etiam ille fuerit, habent à fluidis: sed causa vel in textura à causâ externâ frigore v. g. aut percussione vel casu inductâ muratione; vel in fluidorum, partem illam transcurrentium, visciditate, vel præcipitatione quâdam, à privato fermento facta, consistet, ob quam pars una alterâ calidior censembitur: quia videlicet humores non pari alacritate utramque alliunt. Quo ipso fama decantatae antipraxiæ viscerum servari, & ventriculus ipso hepate subinde frigidior hoc illo calidus, vocari potest, si nem-

nempe ventriculus quo ad tubulos & poros magis quam hepatis fuerit obstructus, & fluida, introsum & extorsum tendentia, difficilius transmiserit, à quorum motu omnis horum viscerum dependet calor.

§. 3. Sunt autem status præternaturalis *Signa*, vel *diagnostica*, vel *prognostica*. *Signa diagnostica* morbi causam ejusque indolem ceteraque attributa & partem affectam revelant. Nempe attendimus ad phænomena, (cum morborum semina saltē intelligibilia sint) illa per suas causas ex nostris principiis explicamus, & ex illorum congerie tandem ipsum cognoscimus affectum, eumq; cum suis causis in apricum deducimus, quo ipso etiam ad abditos morbos eorumdem quere conditas causas laxatianas, pari-

ferè felicitate, quâ *Cartesius* stupendos magnetis explicuit effectus, recensendo prius omnes ejus proprietates, deinde illum causas introducens nihilque admittens quod non clare & distincte percipi possit. Et sic demum naturam Magnetis funditus exhaustus.

§. 4. Desumuntur autem signa *diagnostica* ex pulsu, urina, actionibus less tam vitalibus quam animalibus, victus ratione, vitæ genere, sexu, juvantibus & nocentibus, nec non communiter vagantibus malis.

§. 4. *Signa prognostica*, morbi eventum, humoris morbilic cruditatē vel coctionem, omnesque tempestates indicantia, idem ex pulsu, urina, respiratione, habitu corporis, lingua, oculis & perverso spirituum animalium motu leguntur,

## CAPUT II.

De

### *Signis in specie qua ex urina desumuntur.*

§. 1.

Ræclarè scripti *Helmontius*, urinam esse vel potus vel sanguinis. Cujus vestigiis inhærentes dicimus urinam non male sudorem ventriculi ceterorumque abdominis viscerum vocari, cum non solum sanguinis sit excrementum, sed etiam ex vaporibus siue sudoribus partium solidarum, qui per poros introsum spectantes ipsam vesicam urinariam ingrediuntur, componatur. Hinc facile dari potest ratio, quare potatores urinam solito ciuius reddint, cum tamen impossibile sit, ut potulenta tam brevi temporis spatio

ingentem tot regionum tractum peregrinare potuerint, quippe potulenta ita sub vaporis formâ quâ datâ viâ hinc inde obrabant, & vesicam ingressa urinam limpidam omnis odoris & saporis expertem componunt, quæ ab altera, quæ sanguinis dicitur, in eo differt, quod in ea plus acidi, sulphuris & salis, in hac vero plus phlegmatis reperiatur.

§. 2. Est autem urinal liquor quidam ex varii generis particulis compositus, acidis nempe, alcalicis, pinguis, aquosis, terrestribus, chylosis aliisque, auro-

G colo-

colore praeditus, & cibrationis in tenibus ope, nec non vaporum vesicam intrantium condensatione, generatus,

§. 3. Sedimentum illud, quod urinæ naturaliter inest est portio chyli, quæ tum per angustos canaliculos renum lanæ infar peccitur, floccorum induit figuram, atque pro situ, quem tenet, varietate, nunc hypostasis, nunc Enærema, nunc nubecula appellatur. Si enim fundum occupaverit, erit hypostasis; si mediae innatæ regioni, dicerut enærema: quod si in moleculas disceptrum in superiori regione fluctuet, nubecula appellabitur.

§. 4. Consideramus autem in urina consistentiam, quantitatem, colorem, odorem, & ipsa contentia, atque ex his datum collectivè sumit's judicium ferimus.

§. 5. Urina quæ crassa fissa aut viscosa est, intemperie languinis viscidam & acidam indicat, & cacochyria est signum.

§. 6. Urina quæ turbida mingitur & confusa manet, innuit copiam particulum terrestrium lymphæ crassitudinem, malam digestionem in intestinis, spirituum & ætheris consueti inopiam, salium volatilem depressionem, hinc in febribus semper periculum portendit. Quod si clarescat, & humores fundum petant melioris erit nota.

§. 7. Urina tenuis & aquosa obstrunctiones & secretionis defectus, tum in primis viis, tum in partibus glandulosis & arteriarum extremitatibus aliquis canaliculis prodit, unde ex tali urina lenis, renum, uteri, hepatis, aliarumque partium obstrunctiones & infarctus augurare possumus.

§. 8. Urina altero tanto copiosior, &

quæ potus quantitaté longe excedit, certos nos reddit, cutis meatus & canaliculos excretorios esse obstructos, vesicæ autem poros valde patulos. Vel signum perhibet novæ inundationis, dum Serum antea in viscera, vel parte musculosa restagnans, perruptis aggeribus, sanguini denud confunditur & ad renes amandatur. In ejusmodi casibus alvus ut plurimum est adstricta, sitis urget, & appetitus languet. Si parcus reddatur, renes erunt obstructi, vel serum aliò transferetur aut effundetur hinc rectè dicitur, quod sputatores, sudatores, & lactantes paucitatem reddant urinam.

§. 9. Color urinae qualiscunque illa fuerit est à salibus variæ generis, cum oleofis partibus aliquisque contentis atque combinatis, prout enim hæc radios luminales secundum lineas rectas vel rectis æquipollentes plus minus admittunt, ita quoque eorundem egressum mille modis variare possunt. Itaque quod magis urina tincta & intenso colore saturata erit, eò magis participabit de salibus. Si pallida fuerit & aquosa, index erit (ceteris rationibus paribus) morbi chronicæ, & defecatum salis volatilis & particularum ratiolarum indicabit.

§. 10. Difficile sanè est urinam potatorum, omnis saporis & odoris expertem; ab urinis, cachexiâ, calculo renum, aut mensium obstructione laborantium, discernere. Quas tamen nebulae discutere possumus, si urinam coquamus super ignem, vel alcali aliquo præcipitemus, sic enim hæc mutabit faciem, dum altera & coctionem & præcipitationem sine insig- nifera alteratio.

§. 11. Urina

§. 11. *Urinarubicunda*, intenso saturata & flammaea, magnam humorum agitationem, mixturæ sanguinis turbationem, & peregrini ætheris vehementem insultum indicat. *Subrubra* & *crassa* lcorbuti, phthileos, & morborum ab acido oriundorum præbebit indicia, præsertim si simul valde spumosa fuerit.

§. 12. Ex urina virgescente colicam, cardialgiæ, alvi obstruktionem, & morbos ex acido austero oriundos, conjecturamus.

§. 13. *Urina flavescentis confusa* & *turbida*, vel jumentorum urina similis, virginem prodit & affectus hystericos. In febre inflammatoriâ urina confusa & flavescentis instar vitelli conquassati prænuntia fuit mortis.

§. 14. *Urina livida* & *crassa* in scutis pessima. Extra febres autem affectus spleneticos & succi pancreatici vitium indigit.

§. 15. *Urina nigra* est ab humoribus austerioribus, salibus fixis, terrestribus & viscidis particulis conjunctis, atque sub tale colore sepius à nephriticis & lcorbuticis redditur. An vero talis in languinis necrofisi & extremâ turbationis mixtione unquam vasa fuerit, & pestis, vel instantis mortis, in dubitate sit testis, ego quidem nescio, qui nunquam talem vel in peste laborantibus vel in moribundis, observavi: Neque etiam solidam video rationem, quare urina ubi iam omnia quasi polypose concrecunt, vel cadaveris induunt formam, aut jam putrefacte incipiunt, nigri debeat esse coloris, cum sepius etiam post mortem in vesicâ contenta alias coloris reperiatur.

§. 16. *Urina fastida exulcerationis in-*

tenibus, vesica, vel meatu urinario, est indicium; sepius de potentiori in ipsa urinatione fermentatione testatur, quæ facit, ut ligata færia sui juris sint, & quæ data via velantur ab æthere in aera. Quod si odoris expersis, ex illud à defectu sallum & olei, quæ vel non transmittuntur: vel transmissa ab aliis particulis viscidis & terrestribus subjungantur.

§. 17. In sedimento ceterisque contentis consideramus materiam, consistentiâ colorem, ceterasque qualitates. *Arenosum album* sabulo albicanti hand absimile mensum obstruktionem & lienis oppilationem revelat. Si album sed viscosum fuerit coagulum vitiosæ chylificationis & digestionis erit argumentum. *Rubrum farinacium* lcorbuti, intemperie lymphæ & sanguinis acidæ, erit testis.

§. 18. *Arenula rubra acuta* & *micanter*, quæ urinæ innatant, aut à chyloso sedimento colliguntur, hypochondriacam, acrem sanguinis & succi nutricii intemperiem, a. o. phiam. & si urina simul valde tincta fuerit, hæticam indigitant. *Rubra* sed *sólida*, quæ in vasis fundo conspicuntur, de nephritide & calculo tenuum testantur.

§. 19. *Sedimentum discerptum*, & floccorum instar per ambitum liquoris dispersum prodit catarrhos & morbos ex lymphæ vitio oriundos. *Crassum* & *conglomeratum* dicit pus. *Crassum* quidem sed *filamento sum* gonorrhœam & in mulieribus fluorem album indicat.

§. 20. *Urina spumosa*, & quæ bullæ diutius persistentes habet certos nos reddit de morbis pectoris vel capitis, & flattuum copiam innuit.

§. 21. Verum cum hæc generaliora sint, nunquam illis solis fidendum, si quidem verax prognostes esse velis. Si Agrytarum more plus quæstum facias, quam ipsam veritatem, nihil amplius quidem requiritur, quam ut multa gattias, & quadrata rotundis milceas, nemo enim erit, qui ad contradictoria & figura attenderit;

(sufficit si semel verum dixeris) sic enim more diaboli unicâ veritate mille vendes mandacia. Placet nobis judicium CELEBERRIMI WEDELII. Urina, inquit, *infidus valetudinis interpres est, & præstat ex ea a judicare interrogando, quam decidendo, ad lactum quam dominat quanam ignorâ.*

### CAPUT III.

*De:*

#### *Signis qua expulsu desumuntur.*

§. 1.

**Q**uamvis autem ex urina statum sanguinis & lymphæ, & cuius generis salsia in illis prædominium obtineant, in genere quidem cognoscamus, certiora tamen & specialiora indicia desumimus ex pulsu sive motu Cordis, qui non solum sanguinis consistentiam & mixtionem secundum singulas partes nobis revelat: sed etiam de spirituum animalium vigore, vel imbecillitate, ordine, vel ærogiâ & Consequenter de tota economia amali, testatur.

§. 2. In eo autem peccant Medici, quod in cordis motibus observandis non sat temporis impeendant, sed post unum vel alterum istum manum statim removeant, adeoque sic saepissimè decipiuntur, putantes totam massam sanguineam cum tribus vel quatuor ejus guttulis, quarum consistentiam & mixtionem in uno vel altero pulsu explorarunt, pari ambulare passi; cum plerumque fieri soleat, ut particulae à tergo sequentes aliter mixtæ, aliisque sint consistentiæ. Accedit etiam hoc, quod peregrina fermenta, è tubulis

partium solidarum subinde excutiantur & sanguini Confundantur, in quo statu sanguistam diu bonus esse potest, donec heterogeneæ illæ particulae, à sanguinis prioris motu & mixtione abludentes, eorū ingrediantur, & in pulsus tam celeritate tam frequentia notabilem inferant mutationem. Non mirandum ergo quod Sinenses in pulsibus explorandis nobis sint feliciores, utpote qui integrum ferre horam huic negotio impendunt, quo tempore tota massa sanguinea cordis thalamos peragravit, unde etiam de tota massa sanguinea æquius judicium ferre possunt:

§. 3. *Pulsuum differentiæ in eo consistunt, quod pulsus sit vel magnus & vehemens; vel parvus & debilis: Deinde quod sit vel Celer vel tardus. Tertio quod sit vel frequens vel rarus. Et quartò quod sit vel æqualis vel inæqualis, sub quo Myurum, vermiculantem formicantem & intermittentem comprehen-dimus.*

§. 4. *Pul-*

§. 4. *Pulsus magnus & vehemens* indicat sanguinis guttulas ita: esse dilatatas, ut promptè rarescant & quod multis particulas volatiles & fermentescibiles in se contineant: hinc talis pulsus nunquam periculum portendit.

§. 5. *Pulsus est parvus & debilis*, quando guttula sanguinis ad fermentationem ineptas tantum: id quod ob particularum terrestreitatem & crassitatem fieri potest, unde languente, vel minus potentem fermentationem & spirituum defectum, nec non humoris acido-austeri & salinifixi abundantiam indicat.

§. 6. *Pulsus celer* respicit tempus illud, quod caretactioni impenditur, unde scire possumus, an guttulae cordi illabentes promptè attenuentur, ipseque sanguis fermentescibilis sit.

§. 7. *Pulsus tardus* sit ob saquinis visciditatem, vel etiam ob spirituum inopiam, hinc vel debilis vel magnus esse poterit: destilis: ubi vires sunt attritæ & spiritus dissipati: Magnus: ubi sanguis viscidus quidem, sed plures oleolas & fermentescibiles particulas adhuc in se continet.

§. 8. *Pulsus frequens vel rarus* dicitur, si ad illud intervallum attendamus, quod alia guttula vel porciuncula à sanguine refluxo discipitur. Si enim partes undae instar se invicem sequuntur, pulsus dicitur frequens, qui respectu iplius caretactionis in corde simili debilis, parvus, & tardus esse potest. Sin vero particulae, qua cor ingredi debent, rarius à se invicem dividantur, pulsus vocatur rarus; qui tum magnus, tum parvus: tum celer, tum tardus esse potest.

§. 9. *Pulsus equalis de æquali sanguinis consistenti* perhibet testimonium. Inequalis autem intemperiem & turbatam fluidorum mixtionem indicat. Omnia pessimi sunt myrus, vermiculus tremulus & formicans, quales in mortibundis observantur. Intermittens non semper malus est, quippe fieri potest, ut quid viscosi, vel fixi terrestris & ad fermentationem minus apti, subinde cordis venitriculos ingrediantur, quo tempore pulsus per unum vel alterum momentum intermitteret, inde hypochondriaci & scorbutici tales quandoq; habere solent.

## C A P U T IV.

*Continens Signa, quæ Pletoriam, Cacochymiam, turbatam  
Sanguinis mixtionem, & Cruditatem tum acidam  
tum nidorosam indicant.*

**P**lethora facile cognoscitur ex caro-  
lo corporis habitu, vasorum sanguiferorum distensione & amplitudine, lactis & chyli in sanguine turgescentia, spontanea arterium latitudine, qui à copia suc-

torum gravantur, Praecessit vixus laudabilior & copiosior, ulus cerevisiae pinguis, bene coctæ & per fermentationem depuratae, & quod caput rei est otium, quies-  
mens læta, mens hilaris,

G 3

§. 2. CA-

§. 2. *Cacochymiam pituiosam* indicat pulsus tardior, urina pallida, habitus corporis mollis, vasa minus distenta, pili albicantes, somnolentia, defluxiones, sensuum internorum hebetudo. Quod si pituita fuerit salsa, sive si lympha acris peccaverit, saporsalsus erit in ore, dolor ibi, ubi defluxio vel restagnatio.

§. 3. *Cacochymiam biliosam* prodit fervor, acrimonia, sitis, pulsus celer, urina valde tincta & talibus saturata. Tales non bene ferunt jejuum, & ad diarrhaem sunt proclives.

§. 4. *Cacochymiam Melancholicam* pulsus parvi & rari indicant, nisi forte quædam guttula sanguinis cor ingrediatur, que ætheri facile quidem sedant, sed ob visciditatem sialia rarefacta, vel fermentata, illibenter dimittant, unde pulsus magni erunt & vehementes. Si vero sanguis ille cacochymicus scateat salibus acidis, fixis, & corrosivis, hæcque in partes solidas deponantur, vari generis dolores, pruritus, exulcerationes, tumores cancrosum, & tubercula, nec non impuritates cutaneæ exortiuntur; quam intemperiem atræ biliis & humoribus adulstis, hoc est, particulis lymphæ & sanguinis terrestribus, multo sale acido corrosivo gravidis, acceptum ferunt.

§. 5. *Sanguinis mixtionis turbationem* colligimus ex rigore, calore, inquietudine, urina flatimæa, siti, pulsu frequenti, vitium prostratione, quæ quoctius disperreunt, eò majorem indicant malignitatem, sive eò magis sanguis turbatus erit in sua mixtione. Quod si dramata illa à

veneno vel epoto vel assato ludantur, appetitus statim erit dejectus, cum cardialgia, nausea, vomitu, alvi fluxu, faecium ardore, abdominis intumescencia, sopore, delirio, tremore, & cadaveroso faciei colore.

§. 6. In cruditate acida ventriculus plerumque plus appetit quam concoquit, vel si appetitus langueat, tamen intet comedendum revivit, quod tunc viscositas acidum compede tenens, paululum diluatur. Post sumrum cibum tumet ventriculus, adhuc phlogosæ & subitanæ effervescentiae, alvus est adstricta, murmura & rugitus audiuntur. In cruditate autem nidorosa nausea adest cum sapore in ore tetro, languet appetitus, adest sitis cum diarrhoea, in qua non ipsa alimenta nondum digesta, sed liquamen tetricum, serosum, & biliosum, excernitur.

§. 7. Tandem quod morbi genus & magnitudinem, nec non ipsam partem affectam in specie, concernit, intendendum erit ad apparentias, quæ quemlibet morbum in specie comitari solent; nec non ad ipsas causas morbi, casus de quatum signis in praecedentibus egimus, sic enim genus morbi facilè cognoscet. Iplam autem magnitudinem ex Symptomatum vehementia, & partie affecta prærogativa colliges. Quod si læsam functionem, situum doloris, ejusque proprietatem, ipsaque excreta sub accuratius examen vocaveris, habebis itidem fidum partis læse signum diagnosticum.

## CAPUT

## CAPUT V.

Dc

## Signis Prognosticis generalibus.

§. I.

**P**remittit hic debent signa eructitatis & coctionis, quæ basis sunt & fundamentum omnis Prognoseos. Desumuntur autem 1. ex urina, quæ sanguinis & lymphæ constitutionis, nec non modis excretionis & gradus fermentationis est nuncia, de qua supra fuisus egimus. 2. Ab alvi excrementis, quæ non solum de chylificatione & digestione in primis visis verum etiam de ipso sanguine lympham ad glandulas intestinales, tum majores, tum minores transmittente testantur. 3. A spuma & saliva, quæ index etiam est dispositionis, sanguinis, & lymphæ, in pulmonibus & glandulis tracheæ collectæ.

§. 2. Signa Mortis & salutis pertinentur à respiratione, quæ quodlibetior, & melior. A decubitu, qui quod minus à consueto recessit, eo maiorem spem de salute recuperanda facit. A pulsu, de quo supra. A sudoribus, qui si largius cum pulsu Magno profluxerint, boni judicantur. A morbi tolerantia, quam ex quiete vel inquietudine facilè cognoscimus. A facie & oculis.

§. 3. Signa Critica, sive quæ subitam aliquam mutationem, & insolitam in fluidis turbationem, indicant, sunt insolite apparentiae, in partibus actionibus vitalibus & animalibus, nec non excretionibus, dicatis, observabiles, cum sym-

ptomatum circa causam aliquam manifestam ingravescentia.

§. 4. Signa Morborum tempora indicantia desumuntur in genere 1. ex indele & natura ipsius morbi: sic quod profundius sanguis turbatus fuerit in sua mixtione, & brevior futurus erit morbus. Et quod majora derithumorum fermentatio & confusio, eò velocius tendet morbus ad statum. 2. A sanguinis constitutione, qui quod magis activis & fermentescibilis gaudet particulis, atque fortiori moveatur æthere, eò brevior erit morbus. Si vero ad visciditatem, & frigidam intemperiem inclinaverit, diuturnioribus torquebitur morbis. 3. Ab anni tempore. Sic morbi æstivi breviores sunt hyemalibus, quod in illis copiosior æther sanguinem perfluat, & fluida tortius & potentius premantur in illis quam in his. 4. A regionibus: hinc in Calidioribus morbi sunt breviores, longiores in frigidioribus. 5. A Victru antecedente: Victrus calidior sanguinem & lympham reddit fluidiores: Victrus frigidior obstructionis & visciditatis author est, sicque longiores efficit morbos. 6. A Virtute. Quod consuetus æther potentior, & magis resistet ætheri insueto. Sin autem intolitus potentior fuerit, brevi consuetus dabit manus. Hinc facile explicari potest, quomodo virius fortis in morbo non lethallum morbum brevem, debilis longorem significat.

gnifacet; Er quare in morbo lethali virtus fortis morbum longiorum, debilis breviorem faciat. 7. A paroxysmorum accessionibus, anticipatione vel post positione. Paroxysmi stata tempora setvantes morborum longum aperiunt. Si posterior anticipet, sed priori brevior sit, bonum est: si longior sit priori, morbi longitudinem portendit. Iterum: Si posterior paroxysmus posticipet & tardius reveratur priori autem brevior & minor sit bonum est: si longior fuerit, index est

diuturniratis morb' i, quia humores magis viscidos & terres factos esse indicat. 8. A Symptoma tibus. Si graviora fuerint, morbum qui sem brevem sed ancipitem indicant. Si minoria unum cum signis continis apparetur, morbum imminentis significat. 9. A cruditate & collitione. Cura enim fluida medicis debeatibus juxta a SENIS effatum palam sit, quod quod citius signa coctionis apparent, eo brevior futurus sit morbus.

## CAPUT VI.

De

### *Signis Prognosticis specialibus.*

§. 1.

**Q**UAMVIS eventum rotbitam excolatione symptomatum cum viribus egris, quam ex juvansibus & nocentibus, & ex ipsis morbi idea, in genere quidem divinare possimus: majorem tamen certitudinem haurimus à LÆSIS ACTIONIBUS, AB EXCRETIS ET RETENTIS à QUALITATIBUS MUTATIS, quæ omnia ordine recensemus.

§. 2. Omne delirium malum quidem est, sed non æquè pericolosum. Nam si fuerit leve, non continuum, & cum respiratione libera ( quæ in acutis potissimum consideranda ) tutius erit: Sin reliqua symptomata fuerint graviora, si respirandi difficultas, convulsiones & alia ad fuentem, magnum portendet periculum.

§. 3. In quovis morbo animo benevalere, acrebus convenienter datis gaudere bonum. Contrarium verò malum.

2. aph. 33. In iis enim morbis, in quibus cerebrum afficitur, ratiocinari, imaginari, reminisci, sine ulla verborum absurditate, sine indecora corporis compositione, sine morum dissimilitudine, & præsentis laboris indolentia, suo fungi officio; alimenta assumere, foeces excernere, omnianque illa, quæ ad œconomia animalis integritatem conservandam spectant, ex voto peragere, bonum est.

§. 4. Desipientia quæ circa necessaria fiunt, pessima sunt. Hippocrat.

§. 5. Desipientia cum difficultate spirandi, sudore, oculorum rubidine, & mortibus tremulis artuum, mala. Hippocras.

§. 6. Desipientia quæ jam admodum fractis & debilitatis viribus succedunt, pessima sunt Hippocrat.

§. 7. Oblivio subito exorta, mala est. Oblivio post epilepsiam vel apoplexiā, pessima.

§. 8.

§. 8. *Somnus* in morbo labore af-  
ferens, malus est. Hippocrat. Dic tur au-  
tem labore adferre, qui interruptus &  
turbulentus, cum terroribus & corporis  
jactatione; quando æger post somnum  
delicanti similis, vel de maxima lassitudi-  
ne & vitium prostratione conqueritur.

§. 9. Exitiosum est, ubi ægrotus ore  
hiantre assidue dormit, Hippocrat.

§. 10. *Sopor* in principio morbi malus  
est: indicat enim malignitatem, hoc est,  
profundam sanguinis mixtionis tubatio-  
nem: unde cerebri tubuli, & plexus cho-  
roidiei pori, obstruantur, ipsique spiritus  
animales parcius generantur. Malus quo-  
que est in statu morbi, & spirituum defec-  
tum prænunciat.

§. 11. *Somnus* multus in acutis convul-  
siones minatur. Hippocrat.

§. 12. *Vigilie* in acutis, exceptis iis, quæ  
instantem mutationem criticam comitan-  
tur, (nam quibus crisis fit, nox quæ acces-  
sionem præcedit gravis) male sunt.

§. 13. In his qui propter imbecillita-  
tem non vident, nec audiunt, aut quibus  
labrum, oculus, aut natus pervertitur,  
mors denunciatur. Hippocrat.

§. 14. *Surditas*, quæ in acutis criticè  
fit, bona est. Mala est, quæ per intervalla  
in acutis observatur, & quæ citra crisis  
evenit.

§. 15. *Sonitus* & tinnitus aurium in puer-  
peris pejorati.

§. 16. Qui citra febrim aurium tinni-  
tibus, capitis doloribus aut tenebricosâ  
veragine, & vocis tarditate, manuumq;  
stupore tentantur, in iis aut siderationem,  
aut morbum comitiale, aut etiam obli-  
vionem sperare oportet. Hippocrat.

§. 17. *Dolorem* in aliqua parte non sen-  
tire, malum est. Hippocrat.

§. 18. *Dolor* diutius durans in parte ali-  
quâ, abscessum prænunciat.

§. 19. In febribus circa Ventriculum  
vehemens astus & cordis morsus malum.  
Hippocrat.

§. 20. Omnis subita, etiam quæ ad me-  
lius apparet mutatio est periculi plena.

§. 21. *Lassitudo* circa causam manife-  
stam prodromus est febris. In acutis pe-  
riculum minatur. Si corpus omne grave  
est, & manus ac pedes, periculum est.  
Hippocrat.

§. 22. *Convulsio* nunquam caret peri-  
culo. Quæ plures partes, & in primis ce-  
rebro viciniores occupat quæque respira-  
tionem difficultem reddit & in corruptam  
majori cum periculo est.

§. 23. *Spasmus* à vulnera, ileo, hæmor-  
rhagiâ, pejorati est notæ.

§. 24. *Convulsio* quæ pueris & mulie-  
ribus ex partu accedit, plus sapientis  
terroris habet quam periculi. Unde  
Hippocrates, quamvis eam in febri lethali-  
men pronunciauit, tamen in pueris id  
fallere confessus est.

§. 25. *Singulus* in acutis pejoratus.

§. 26. *Tremor* in acutis malus.

§. 27. *Horror* in acutis malus.

§. 28. *Rigores*, post quos corpus non  
incalcit, exitiosi sunt in acutis. Si alter-  
nent cum calore monstri quid alunt, &  
malignitatem indicant.

§. 29. Malum est, supinum jacere, cru-  
ribus erectis vel vehementer contractis.  
Pessimum verò est ad pedes delabi, nul-  
lamque decubitus formam servare. Hip-  
pocrat.

§. 30. Omnis insuetus vel indecorus  
decubitus exitium in acutis portendit.

§. 31. *Anxietas in acutis mala. Malum est, si æger locum ac decubitum assidue mutet.*

§. 32. *Aphonia ex laesione cerebri persistens. Hippocrat.*

§. 33. *Vox tremula vel clangosa persistens.*

§. 34. *Qui sèpè & vehementer sine causa manifesta animo linquuntur, si deceptè moriuntur. Hippocrat.*

§. 35. *Lypothimia in malignis sumnum portendit periculum.*

§. 36. *Notanda hic veniunt aures Hippocratis verba: Respiratio libera, inquit, in omni morbo, qui cum febre acuta infestat, magnam habet ad saltem vim. Hæc enim omne fere in Prognosi fert punctum. Magna & tarda delirium & convulsionem indicat. Magna exspiratio, & parva inspiratio, & contraria, peperculi plenæ sunt. Parva & obscura semper mala. Hippocrat.*

§. 37. *Signa illa prognostica, quæ à Sanguine per Venæ Sectionem extracto*

*desumuntur, infida quidem vel propterea censentur, quod languis eo ipso momento, quo aeri exponitur, in texture suâ mutetur, aliamque à priori diversam induat faciem; juvabit tamen & illum ad judicii examen exigere. Si enim Sanguis sit torridus, malum est. Si in febris non sit fibrosus magnam secessionem partium à se invicem indicat. Si purulentus sit & ad coagulum pronus, turbaram mixtionem & lymphaticorem innuit.*

§. 38. *Cibi fastidium in morbô diuturno malum: ut & in longis dysenteriis cum febre. Hippocrat. Si appetitus langueat ob fermenti visciditatem, quale quidam in intermitentibus observatur carer periculo; si fastidium ciborum ex defectu lymphæ gastrica oriatur, magnam sanguinis in mixtione turbationem indicat, & periculum portendit.*

§. 39. *Si post febres inappetentia maneat, recidivæ metus est.*

§. 40. *Sitire, cum non sitire, & non sitire, cum sitire debeas, malum est.*

## CAPUT VII.

De

### Signis prognosticis, ab Excretis & retentis sumendis.

§. 1.

**A**Quose dejectiones mala sunt in febris & in morbis infantum.

§. 2. *Omnis copiosa dejectio in morbis pectoris mala est.*

§. 3. *Dejectiones cruentæ in variolis aliisque acutis periculissimæ sunt.*

§. 4. *Milum est, si sanguis splendens per secessum rejiciatur.*

§. 5. *Dejectiones Virides æruginosæ, lividae & versicolores exiiosæ sunt.*

§. 6. *Uno die fluere alvum sèpè pro valeudine est, atque etiam pluribus si absit febis, & intra septimum diem conquescat.*

§. 7. *Vomitus in acutis augures sunt periculi, Malæ quoque sunt vomitiones sinceras,*

*sincera, virides, nigra, livida, rubra va-  
riicoloris in acutis.*

§. 8. *Fæces vomere in ileothale est,*  
*Hippocrat.*

§. 9. *Vomitus in Vulneribus semper  
malis sunt.*

§. 10. *Qualiscunque sit Sudor, si æ-  
grum non juvat inutilis est.* Hippocrat.

§. 11. *Copiosus sudor cum repentina vi-  
trum prostratione in principio variola-  
rum lethalis est. Fœtidus in febri castrensi  
nuper lethalis fuit in Studio.*

§. 12. *Omnis sudor particularis sym-  
ptomaticus est.*

§. 13. *Sudores nocturni post cœnam  
largiorem boni sunt.*

§. 14. *Sputatoribus auxilio sunt sudore-  
res in somno.* Hippocrat.

§. 15. *In fortissima apoplexiâ cum magna  
spirandi difficultate sudor subortus le-  
thalis.* Hippocrat.

§. 16. *Largior mictio in acutis mala.  
In intermittentibus Hæticæ est prodro-  
mus.*

§. 17. *Hemorrhagia in acutis, quæ  
larga quidem, non tamen nimia, & quæ  
cum symptomatum mitigatione fit, at-*

*que ægrotantis constitutioni & morbi in-  
doli responderet, bona est.*

§. 18. *Sillicidium narium malum est.*

§. 19. *Si menses extra ordinem in acu-  
tis fluant, magnum portendunt pericu-  
lum. Imò si consueto etiam tempore  
erumpant omiosi sunt, in his enim re-  
gionibus rarius fluant critice. Hinc fallit  
Experientia Hippocratis, scribentis, quod  
mulieres quibus die critico mentes eru-  
perant, omnes periculo morbi defunctor  
sint, & quod nullam ex his, quibus recte  
id contigit, mortuam viderit.*

§. 20. *Hamorrhoidum fluxus limites  
non excedens, in quoconque morbo be-  
neficium est Naturæ.*

§. 21. *Sputum æquale, non fœtidum  
& quod sine magno dolore & labore re-  
jicitur in morbis pectoris albo calculo di-  
gnum.*

§. 22. *Sputatio frequens in Variolis, &  
morbo ungarico nunquam à me quidem  
visa fuit mala.*

§. 23. *Omnes abscessus decretorii bo-  
ni sunt.*

§. 24. *Tubercula ad aures cum dolo-  
re perniciem minantur.* Hippocrat.

## CAPUT VIII.

De

*Signis Prognosticis in specie, quæ ex qualitatum corporis  
mutatione petuntur.*

§. I.

**H**abitum corporis in morbo ma-  
gne planè nihil mutari malum. Hippo-  
crat.

H 2

§. 2

§. 2. In acutis abdominis tumor saepius lethale signum est.

§. 3. Color flavus vel citrinus cutis in acutis exitiosus est.

§. 4. Oculis Lutem fugere, illachrymare, aut perverti, atque ex his alterum minorem esse, perniciem denunciat. Hippocrat.

§. 5. Lingua tremula instabilem mentem denotat. Hippocrat.

§. 6. Malum est, si lingua sicca, nigra, dura, scissa & scabrosa sit in acutis.

§. 7. Fauces exulcerata cum febre difficiles sunt. Hippocrat. Et in acutis morbis faucium dolores sine tumore perniciosi. In dysenteria semper exitium praedicit lingua tumor cum difficultate deglutendi.

§. 8. Si Hypochondria in infantibus

febricitantibus distentantur & dura sint, malum est.

§. 9. Lethale est, si in acutis externæ algeant & interna urantur. Hippocrat.

§. 10. Caput pedes & manus frigidas esse, ventre & lateribus calentibus, mali morbi signum est. Hippocrat.

§. 11. Digitæ ac ungues, si siant lividi cum corporis gravitate, in propinquuo mors est. Hippocrat. Indicatur enim fluida in motu & mixtione esse perverfa.

§. 12. Facies coloratior ex sanguinis restagnatione pessimum in acutis exhibet signum.

§. 13. Agmen Claudit Facies Hippocratica dicta, nasus acutus, oculi cavi, tempora adstricta, aures frigidæ. Quod si æget nec audiat, nec videat, in propinquuo mors est.

## CAPUT IX.

De

### Crisi & diebus Criticis.

S. I.

**O**Mnes morbi sive ad salutem fuerint sive ad mortem, sex modis terminantur. Vel enim citò sua tempora percurrunt, & vel subito jugulant ægrum; aut subito solvuntur, & ope Naturæ & remediorum abiguntur. Secundò mutantur, vel in melius; vel etiam in pejus. 3. Vel pedetentim fit solutio ad salutem, qui terminationis modus solutio simpliciter vocatur. Vel lento gradu tendunt ad mortem, quod mortis genus marasmus vel mors lenta appellatur.

§. 2. Subiectum criseos sunt febres acute, hæc enim subito vel ad salutem vel ad mortem terminantur, atque si sui sint juris definitis temporibus moveri solent. Verum! aliquod tamen hic notare licet discrimen, quod videlicet hoc nostro tempore tumultuaræ ejusmodi perturbationes & ancipitis eventus mutationes rarius apud nos contingant, cum ob climatis diversitatem, cum quod ipsis febribus laxativis benignioribus & chylteribus pabulum maturè subtrahamus, & fer-

man-

menta peregrina præcipitantibus & absortientibus subigamus, cum Veteres hæc omnia tempotí comiserint, cuius sive injuriâ sive beneficio ægri subitò extinguebantur aut sanabantur.

§. 3. Describitur autem *Crisis*, quod sit subita aliqua vel ad mortem, vel ad salutem, cum insigni corporis perturbatione mutatio, ab omnis motus & fermentationis in fluidis authore instituta.

§. 4. Ut in difficultimâ hac doctrina, quæ tòt retrò annis Medicorum fatigavit ingenia, firmo incedamus gressu, nec à veritatis semita aberremus, observari velim, corpus nostrum ex meris canaliculis, suis liquoribus refertis, componi, ita ut ubi arteriæ finiantur, ibi apposita sint glandulae, sive alius generis vasculosus contextus, prout id in cerebro, naribus, palato, ventriculo, intestinis, hepate, & renibus, imò in totius corporis ambitu manifeste ostendi potest; quo ipso palam sit, quod in mixtionis sanguinis turbatione humores heterogenei prævia insigni illâ lactâ, inter consuetum & insuetum aetherem initâ, ad confinia illa & glandulas facilè propelli & protrudi possint, quæ irritatae & velicatae eos qua data via emitunt, unde insolita aliqua in universa œconomia animali sit ad salutem mutatio, si nempe cœtera fuerint paria. Sin autem consuetus aether in opere suo deficiat, atque fermentescibiles illos humores foras protrudere nesciat, motus ille sanguinis progressivus tandem sufflaminatur, & subita aliqua ad mortem fit mutatio.

§. 5 Succumbit autem *consuetus aether*, quando *insuetus* contraria sub determinatione fluida permeat, earundemque particularum ordinem planè inver-

tit, ut ipsa præternaturalia naturalibus commixta maneant, in quo statu sanguinem seu mustum turbidum, aut vinum fulmine tactū, aut lac tonitruali sub tempestate accelerantia corruptum, concipi mus. Accedit, quod ob secessionem istam particularum contumacissimæ in vascu loso contextu & glandulosis partibus or tæ sint obstructiones, quæ illam sanguinis à scoriis fermentescibilibus depurati nem remorantur, quô ipsò naturalis fermentatio obruitur, & in devastatâ œconomia animali in sueto aetheri imperii fasces traduntur.

§. 6. *Causa itaque efficiens & proxima criseos salutaris est Natura sive aether consuetus*, quò motum & figuram particularum sanguinem constituentium unâ cum solidarum partium fabricâ & texturâ referimus. Solus enim aether consuetus, & à prima infantia sanguinem permeare solitus, est morborum medicatrix, cui meritò primas hœc in negotio tribuimus. Solus hic est, qui crises molitur, dum humores coquit, secernit & excernit. Hic est, qui cum in soiōtô, per contagium, aut alia improportionata corpuscula adveniō, pugnam init, qualem in buryro antimoniī ex spiritu nitri affusione, aut in oleo tartari à spiritu vitrioli instillatione, observamus, atque de regimine contendit, id quod cum magnâ quadam totius corporis perturbatione fieri solet. Quod si peregrinus aether consuetus expellat, omnia fluida aliâ induunt faciem, natura succumbit; hoc est naturalis motus figura magnitudo & situs particularum destruuntur, sic que ex corpore vivente fit cadaver.

§. 7 Quibus evincitur, nos per NATURAM, obscurum illum & famo-

sum terminum, nec mentem, nec principium quoddam internum motus, nec imaginarium illud vinculum mentis cum corpore, intelligere, cum neutrum ex his hoc defungi possit officio. Quod enim anima rationalem attinet, cum illa tanto non polleat labore, ut vel levissimi aliqui humoris restagnationem impedit, aut illum foras eliminare possit, nemo, opinor erit, qui stupendos hos effectus ipsi in acceptus ferat. Si vero quis inexplicabile quoddam Principium internum proposere, illique hoc in negotio litare velit, id quidem per me licebit, oportet tamen, ut illud verbis ita exprimat, quod à me & ab aliis concipi possit. Multo minus induci possum, ut credam, spiritum vitalem Naturæ vicem supplere; falsum enim est, quod ille animam corpori vineat, cum æquè corpus aliquid sit, quam alia aliqua pars solida, nec in hoc prærogativam aliquam obtinere possit: Non jam dicam, quod plerumq; eum concipiunt tanquam Ens media naturæ, hoc est, qui ad naturam spiritus Methaphysici proprias accedat, quam pars aliqua solida; sicque forte Pegaso, vel si renibus Poetarum hand absimilis foret.

§. 8. *Causa materialis* est humor malignus, sive salia acria & corrosiva, quæ irritando glandulas sui excretionem vel translationem promovent.

§. 9. *Causa externa* est influxus lunaris, luna cum aliis planetis conjunctio vel oppositio, non excludo tamen sole, qui pressione sua & agitatione secretionem & excretionem promovet: dum è contraria luna alius motus & figuræ particulæ transmittendo ipsam crīsin variè modificate potest.

§. 10. Neque tantoperè mirari debemus, si exicitatione, ab acri aliquo humore factâ, tantas in œconomia animali videamus excitari turbas: quippe debemus cum Dn. Boyle corpus humanum ut machinam quandā, incredibili arte fabricatam spectare, cujus partes diffitæ unâ etiam affectâ in consensum facile trahuntur. Sicut enim chalybis elaterium, à clopeto avulsum, manibus contrectamus, nec insoliti quid aut magni inde metuimus: verum ubi cum aliis partibus, quæ ad bombardile pertinent, aptatur, si id vel digito moveris, subitus statim ignis tuos perstringet oculos, & ingens tonitus aures tuas percellet, & emissus globus magno cum impetu erumpet; ita cùdem ferentia si partes corporis non separantur, sed ut simul alia aliis aptate & connexæ sunt, inspiciantur, non poterunt né maximam inter se habere consensionem. Perfectò si lucidi corporis aspectus sternutationem, quâ totum etiam corpus constitutur, efficit: si illi, qui ex editiori loco terram intuentur, vix apud se sunt, sed velet vertigine correpti nutant: si agitati maris aspectus vomitum ciet; si titillatio totum corpus tam vehementer exagitat: si hystericas mulieres vel suavissimi odores conturbant: si perturbationes animas tantas in nostris corporibus edunt strages: si pavor repentinus epilepsiam & paralysin inducere potest: quis quælo dubitat? quod humores maligni, sive salia illa acria & corrosiva, glandulosū corporis nostri contextum ad excretionem irritare possint, quibus foras eliminatis tota massa sanguinea priori reddatur nitor.

§. 11. *Crisis* est vel perfecta, vel imperfecta. Perfecta, quæ scilicet morbum omnino

annò judicat, est vel *Salutaris*: Vel *lethalis*. *Salutaris* sit, postquam signa coctionis apparuerunt, & consuetus æther jam de peregrino triumphum agit. Deinde die critico. 3. Cum tali excretione, vel etiam materiae morbificæ translatione, quæ ægrotantibus constitutioni & morbi indoli convenient. (4.) Sine pericolosis symptomatis, ne Dæmonem per Beelzebub ejiciamus. Imperfecta iterum duplex est, vel ad *melius*: Vel ad *deterius*. Ad *melius*, si æger post talem subitam mutationem morbum alacrius ferat. Ad *deterius*, si contrarium contingat.

§. 12. Fundamentum harum differentiarum consistit in robore vel imbecillitate ætheris consueti: in sanguinis visciditate, & salium combinatione: in tubulorum obstructione, & pororum diversitate.

§. 13. Fit crisis vel per manifestam aliquam excretionem, quando salia illa maligna per vias publicas excernuntur. Vel per metastasis & transpositionem, quando ad partem aliquam solidam, sive internam, sive externam, transferuntur, ibidemque detenta tumorem constituunt; qui ad *melius* erit, si in parte ignobiliori hereat, nec citè dispreat; *lethalis* autem, vel ad *pejus*, si locus sit nobilior & cordi vicinior.

§. 14. Dies illi, in quibus ejusmodi mutationes contingunt, vocantur *dies critici* & *septenario circuitu* definiti, quales sunt 7. 14. 21. 28. 34. 40. His adduntur indicantes, qui futuram illis in diebus critici indicant, & *quaternario circuitu* definiti, sunt quae 4. 11. 17. 24. Sunt præter hos alii, quos *provocatores* vocant, in

quibus vel ob insueti ætheris copiam, vel ob errores in virtus vel remédiorum regimine commissos, intempestivæ excretiones instituuntur, quales in variolis maximâ cum ægrotantium clade contingere solent. Dies vacui, in quibus nunquam salutares sunt crises, sunt 6. 8. 10. 12. 16. 18.

§. 14. Sunt tamè multi, qui quibusvis diebus crises fieri posse statuunt, de quo *Comes de Flisco L. de Fato*. Præterim cum videamus, liquores fermentantes nunc citius nunc tardius motuum suorum periodos absolvere, nec determinatis tempore diebus ad depurationis statum pervenire: quidni ergo sanguis pro diversitate temporum anni, solis & lunæ situs & motus, ut & corporis & humoris maligni conditione, nunc citius nunc tardius turbationis suæ tempora absolvet, & debitæ mixtioni restituetur?

§. 15. Attendendum autem potissimum ad signa coctionis, in urina & sputo apparentia. *Salutaris* enim & perfecta crisis nunquam ante statum accedit, hinc si primo statum die signa coctionis apparetur, die quarto speranda est crisis: si in quartu die ejusmodi signa observentur, morbus nono aut undecimo die terminabitur. Cognoscimus autem instantem crisis ex insolita novitate, novisque productis, qualia sunt inquietudo, anxietas &c. Nam quibus crisis fit, his nox (vel dies) gravis ante accessionem.

§. 17. Deinde perpendenda sunt signa, quæ modum criseos, an videlicet per abscessum, an per excretionem & per quam viam hæc futura sit, indicant. Ubi morbi indoles, ægi natura, ætas, regio, virtus antecedens, sanguinis motus & orgasmus aliaque consideranda veniunt.

§. 18.

§. 18. Quamvis enim his nostris in  
otis crises perfectæ salutares rariùs con-  
tingant, dum ècontrà lethales perfecte,  
quales in febribus malignis, hoc tempore  
Epidemicè grassantibus, sunt sudores, tu-  
mor faciei, ejusdemque rubor, diarrhœa,  
maculae & ex anthemata, frequentius ob-

servantur; negari tamen nequit, & apud  
nos salutares subinde crises per Hæ-  
morrhagias, diarrhœam, sudorem, aut sa-  
livationem in febribus malignis & vario-  
lis fieri, ut vel propter hæc, quæ de crisi  
scripsimus, digna sint, quæ à Tyronibus  
attentè legantur & relegantur.

*FINIS Libri Tertii.*



INSTI.

# INSTITUTIONUM MEDICINÆ RATIONALIS

## LIBER IV.

Sive

### HYGIEINA.

#### CAPUT I.

De

#### *Sanitatis conservatione in genere.*

§. 1.

**I**N Conservanda sanitate potior ratio habenda est ventriculi & intestinum, ut nempe ipsa chylificatio in ventriculo ritè & ex voto peragatur, atque digestio & secretio in intestinis cum debitâ fœcum evacuatione quot die promoveatur. Quò decantata illa medicorum regula spectat. *Vitia coctionis prima nullibi corrigitur: hoc est, illud quod attenuati, leceri, exaltati aut subigie debebat in ventriculo & intestinis, si primam illam coctionem subterfagerit, etiamsi ad sanguinem devenerit, nullibi tamen viscibilitatem, acorem, aut aliud saporem peregrinum, & excrementi natum, deponet.* Et an sim dicere, omnes fœcū ab oībos, præsentim chyonicos, scaturigines sua s habere in primis viis: ut eō majori cum sedulitate acidum illud vitale in ventriculo, & balsamicum amarum in intestino duodeno, quantum quidem possibile est, in mediocritatis status con-

servare debeamus. *Omne enim nimis um est naturæ inimicum.* Hoc est consuetus aether non fert ejusmodi remedia vel alimenta, quæ poros nimium immunt, aut aliud fluidis conciliant ordinem & motum.

§. 2. Deinde cum Consuetudo sit altera Natura, etiam non temerè recedendum est à tali consuetudine. Nam consuetas longo tempore eti si deteriorasint, minus molestia esse solent. *Aphor. Hippocrat.*

§. 3. *Consuefcere autem nihil aliud dicit, quam non amplius alterari.* Hinc fieri potest, ut cibos consuetos, eti si difficiliores sint, melius feramus, quam cibos melioris notæ; raro diu enim illis usi fuimus, ut non amplius alterent, hoc est, tot nunc in sanguine reliquerunt particulas, ut non solum nulla amplius ex adventu chyli minus temperati percipiatur. *Ita & pugna cum consueto aethere, sed quod ipsum etiam fermentum ventriculi*

ex similibus partibus constet, & ob pororum similitudinem se ejusmodi alimentis cestius, insinuet, quam alii. Malè itaque consuleretur, si quis illos, qui asueri cibis durioribus, aut Nicotianæ luctioni, statim ad contrariam diætam cogere vellet, quia subitaneæ mutationes sunt periculose, & peregrinus ether subinde habet naturam filii, qui et si prodigus sit, nequam tamen cum impetu, ejici debet, quin potius in contrariam viam blandè & sensim flectendus. Natura enim vult duci, non cogi.

§. 3. Porro sicuti injuria fit illis, qui secundum apices iuris judicantur, quia summum jus est summa iustitia: ita summa est miseria, scholasticè vivere, & palatum strictissimæ diætæ legib⁹ submittere. Plus sane laxio diæta conseruenda valetudini, quam si ad scholæ Salernitana rigorem exigatur. Neque enim negari potest, illos qui strictissimæ diætæ addicti sunt, casu aliquo incidente plerumque gravius ægrotare, nec tam facilè restituvi posse. Undenon malè Celsus; Sanus homo & qui bene valet, & sua sponte est, nullus obligare se legibus debet, ac neque medico neque alijs aegere. Hunc oportet varium trahere vita genus, modo ruris esse, modo in urbe sapiusque in agro navigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere, siquidem & ignavia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti modo ungi modo id ipsum negligere: Nullum cibi genus fugere, quo populus utatur, interdum in convivio esse, interdum

ab eo se retrahere, modo plus justo, modo non amplius assumere: bis de die potius quam semel cibum capere, & semper quam plurimum, dum modo hunc concoquat.

§. 4. Quamvis autem illi, qui integrâ gaudent valetudine, sibi ratius medicari debeant: inq̄d juxta Hippocratem nunquam bene ferant medicationes levetiores, quæ sc. catharticis & venæ sectione instituuntur: non temere tamen & hac præsidia contemnda erunt, præsentim vernali tempore, quō vomitus vel digitis fauibus immisso excitatus nunquam non convehiet etiam illis, qui cœteroquin sanis sunt. De fortioribus autem remedis longe aliter sentio; siquidem quandoque pro Medicina etit, non uti remediis. Unde non possum non illorum mirati liberalitatem, qui quacunque datâ occasione etiam benè valentibus sui obrudunt arcana, & sub specie alicujus providentiae homines obtorto quasi collô ad pharmacopoliâ mittunt, quasi ibi vita longa venalis prostet: non attendentes, medicinam instar gladii in manu imprudentis ad utrumque esse paratam.

§. 5. Sed quid de Pilulis Francofurtensibus statuendum, quibus plurimi ad prætervandum utuntur? Harum basis est aloë, sale quadam acti abundans, quod per lotionem elutriare satagunt, ne glandulis arteriarum adhæreſceus haemorrhagias exciter; neque enim vana illa sunt, quæ de vi hemorrhoides aperiendi dicuntur. Interim tamen illarum usus tolerari potest, tum quod amaritudine sua mucum abstergant, tum quod circa magnam turbationem deobstruant, siccq; corpus à morbis

morbis immune reddant, qui omnes radicaliter ex obstructionibus oriuntur, quō nomine phlegmaticis, melancholicis & senibus commendari possunt.

## C A P U T II.

De

*Sanitatis conservatione in specie.*

§. 1.

**R**ecè quidem dicitur, *sani omnia sanæ esse*, modò non in quanto pectetur: cum autem Sanitatis maxima sit latitudo, eaque non consistat in puncto, sed in linea, vix crediderim, regulam hanc omnibus ac singulis accommodari posse. Ea propter miror, quod omnes ferè Practici, & qui auctoritate medentur, omnes ac singulos homines ad Scholam Salernitanam alegare soleant, quāsi sicuti in aliis scholis plures diversæ ætatis & capacitat̄ discipuli informantur, ita & hic universalis vivendi ratio omnibus applicari possit; cum potius pro diversitate constitutionum tot prescribenda esset regula, quot in hoc sanitatis ludo reperiuntur hospites. Vetus cum & hoc Medicorum supererat captum, ipsisque privata hæc deficit experientia, facile inde concludi potest, unum quemlibet in hoc quidem negotio sibi ipsi posse esse Medicum, atque accurius nosse. quæ juvant & profundunt, aut nocent, quam si Medicum ex professo adhibeat, vel secundum alterius beneplacitum vitam suam componat. Sed cum homines & que facilè sibi quam alii blandiri soleant, neque omnibus datum sit ad omnes circumstantias in propriâ causâ attendere, non abs te erit, hic pauca

quædam de Diætâ, à primordiis vitæ ad decrepitam usque senectutem instituendâ, præmittere, quod quilibet, cui cordi est sanitas, scire possit, quæ nam præcipue in sex rebus non naturalibus administrandis observari debeant.

§. 2. Notari autem velim, quod fundamenta sanitatis liberorum ab ipsis quidem parentibus ponantur, sed quod à matre gravida vel robustentur, vel convellantur & infirmentur. Omnes itaque morbi hæreditatii radices suas vel in fermentatione illa seminali, quando prima sanguinis guttula nascitur, vel in chylo materno, quo infans in utero nutritur, habeant. Evidem nemo inficiatur, factâ conceptione totam massam sanguinem non parum alterari, ipsumque succum nutricium valde depravari, id quod vel ex gravidarum facie quandoque legetur: unde lac, à sanguine secretum in utero postmodum in tenellulo fœtus corpore in angustissimis partium solidarum tubulis contumacissimas parit obstrunctiones, & majorem succus temporis acquirens acorem & visciditatem, tandem post nativitatem quam datâ occasione excutitur, & sub seminis morbos formâ languidi confunditur, à cuj⁹ mixtione & motu cū abludat.

I z

abluðar, chronicos non solum sed etiam acutos morbos producere aptum est. E quibus patet, quantum momenti in regi-

mine gravidarum positura sit, de quo nunc in Capite sequenti,

## C A P U T III.

*De*

### *Diæta gravidarum.*

§. 1.

**A**rgumentum hoc tractavit B. Et mulierum, omnemque visus est occupasse fundum: verum cum plura in eo contineantur, quæ nunquam satis dici possunt, et si vel centies repetantur, placet pauca quædam in medium proferre, & primis digitis capita saltem rerum intendere.

§. 2. Nocent itaque gravidis (1.) illæ, quæ liquorem animalem valde convellunt. (2.) Quæ turbas in sanguine excitant. (3.) Quæ in primis viis facile ascenscent, & chylificationem juxta ac digestionem depravant. (4.) Quæ uterum vel mediate vel immediate valde irritant, & concutunt. Ergo exulare debent graveolentia & fœtida, vehementiores animi passiones, Cathartica, diuretica, cibi glutentili & valde fermentescibiles, vinum, cerevisia tum recens tum vetus, motus corporis vehementior, sternutatoria, clysteres acriores, ponderis elevatio, brachiorum distensio, pedum divaricatio, cinctura corporis strictior.

§. 3. Huc spectat *Vena Seccio* intempore & in loco minus convenienti inflata. Si enim prudenter administretur, usque ad eð necessaria est in gravidis, pressum medio gestationis tempore, ut et-

iam nunquam omitti debeat: quippe si quod aliud hoc profectò remedium ab abortu præcavet; neque tantò stipatum est periculo, ut vulgo quidem creditur, ut vel extra medium gestationis tempus, si id dicetur, iuto adhiberi possit. Sic sæpius & adhuc niger in perlona nobili, ter circa finem metus secundi & initium tertii abortum passa, in septima à conceptione septimana venam seccare jussi, quam & undecimā & vigesimalā septimanā optimo per dei gratiam successu reiteravi. Quod si Mediò gestationis tempore fuerit negligēta, & abortus metus remedium exigit, licebit eam & ultimis mensibus instaurare, quò remedio efficies, ut partus vitalis edatur, qui V. S. susque deque habitâ vel paulò ante partum vel instantे jam partu suffocatus periret.

§. 4. Ceterum quod ipsa concernit medicamenta, laudo primis mensibus absinthiaca, & alia temperata amara, additis semper carminativis, & ultimis mensibus magis spirituosis; interpositis tamen catdiacis, quæ diutius in sanguine manent, & acidum in remotissimis locis corrigere possunt, qualia sunt omnia absorbeantia temperata, ex testaceis parata. Eum in si-

nem

nem commendantur corallia , essentia panis cum vino Malvatico, aqua epileptica *Langii*, balsamus embryonum, aqua flor. aurant. aqua Mirabilis , menthæ, imò quod paradoxum videbitur aqua pulegii, quæ ob vim carminativam & ledativam ipsis etiam prægnantibus citra-

ullum aliquod periculum dari potest: quid enim amabo te pulegium præter vim aromaticam seu sal volatile oleosum in se continet ; anne propterea gravidis est infensum, quibus cœteroquin tot spirituosa, confortantia vulgo dicta, commendantur ?

## C A P U T IV.

*De**Regimine puerarum.*

S. I.

**C**irca regimen puerarum, quod in præservando omne fert punctum, statuo, quod pueræ cum graviter & periculose vulneratis pari passu ambulent, eademque victus ratione tractari debant ; fugiant ergo frigida, acida, acria, valde fermentescibilia & putrilaginosa ; diæta sit ex carnis reliquo etiam vietus sit tenuissimus, transpiratio autem ob lac ab utero ad sanguinem revertens sit largior, & corpus in continuo sed æquali & tem-

perato detineatur madore. His avertentes gangrenam, putredinem, febres, præsertim inflammatorias ; quæ pueratum præstis audiunt, & saepius brevi temporis spatio etiam robustissimas jugulunt.

S. 2. Pati sedulitate animi pathemata proscribi debent, hæc enim, præsertim terror & ira, in puerarum sanguine, ad coagulationem jam prono , luctuosam plerumque exhibent catastrophen, quod ipsa experientia rotâ die loquitur.

## C A P U T V.

*De**Diata à primâ infantia usque ad medium aetatem observandâ.*

S. II.

**I**nfans in lucem editus non statim lacte vel pulce nutrientur est, ne meconium acido austерum, in primis delitescens viis,

recens assumta morbose contaminet charactere: quapropter illud ante omnia oleo amygdalarum, aut tantillo mellis est

I 3

evacuan-

evacuandum, quod mucosæ sordes ex intestinis foras eliminantur, quibus detentis gravissimis morbis laxaretur janua. Hoc expeditò nutritur quotidie lacte materno, & pulmentis non adē viscidis, huic enim ætati infensissima lunt viscida, fregida, acida, quibus terrores & vigilias addimus. Porro cum infantes plerumque plus laetis vel pulsis afflantur, quam digegere possint, etiam in hac ætate transpiratio cutanea promovenda erit, id quod baneis subinde adhibitis & frictionibus obtineti potest.

§. 2. *Pueris* subtrahenda sunt mella, laetitia, sacharata, omniaque muscarum sordibus & ovis conspurcata, quippe hæc ætas admodum est obnoxia lumbritis & inde natis symptomatis.

§. 3. Conveniunt autem pueris blandiora vomitoria subinde exhibita, nihil enim est, quod morbos puerorum certius & tutius vel avertat, vel profligat, quam si labura viscida & acido austera per vomitum expurgetur. Quod si literis & studiis animum applicare debeant, in eo potissimum locanda erit opera, ut Mens per rectam ratiocinandi ducatur viam, cum mentes æquabiliter inter homines distributæ sint, & nulla præ alia quoad connatas facultates habeat prærogativam. In hanc rem multa defumi posse sunt ex Cartesio, & Autore doctissimo

Tractatus Medicina mentis & Corporis inscripti. Attamen in eo peccant Pædagogi bene multi, quod in pueris innatas notiones negligant, & peregrinas atque ficticias intempestivæ & ad verbera usque in spem futuræ oblivionis impriment. Rectius consulerent memoriaz & judicio, si etiam pueros Elementa Geometriæ & Matheſeos docerent, quod adulterios facti vim demonstrationum ex certis & evidentibus principiis etiam aliis in scientiis assequi & in sui usum convertere possint. Sed ita fert mos hujus seculi, ut multi malint infantes suos ignorantiaz & inscitiaz geniis tanquam alteri Moloch immolare, quam permittete, ut per veram philosophandi semitam ducti verum à fallo maturè discernere discant.

§. 4. *Juvenibus* & adolescentibus conducunt saltationes, venatio, aliaque exercitia moderatè adhibita. Nocent nimia vi agitatoria prædicta, purgantia, ira, venus, vinum. Moneri etiam debent, ut se ad politiores mores & honestum vitæ genus maturè componant, quem in finem Ethica in inferioribus classibus doceri deberet; nec est quod difficultatem objicias, cum igitur ad Rethoricam apta etiam studio Ethico facile applicari possint. Sed quis omnes Scholarum notabit errores, quia ab imis subcelliis ad ipsos Magistros usque se extendunt?

CAPUT

## C A P U T V.I

De

## Media &amp; decrepita etatis dieta.

§. I.

**P**ares si non majores in *atate media* circa sex tertium non-naturalium administrationem committuntur errores. Esto pro regula universalis: *In omnibus qua pro sanitatis conservatione adhibentur, intra mediocritatis terminos subffendum est.* Deinde cum crescentibus annis crecant labores, studia, & curæ, impossibile ferè est, ut non aliquæ in primis viis colligantur cruditates, ipseque succus nutritius ab indole sua degeneret, id quod lassitudine spontaneâ & insolito labore post somnum proditur; quibus a verrucandis maturè adhibenda sunt remedia, inter quæ sudatio, evacuandi genus, quòd natura vix per momentum caret, omne fert panum, cum humores vitioli extra ambitum primarum viarum divagantes vix per commodiorem viam foras eliminari possint. Uicunque verò sic sanguis à ordib⁹ liberetur, proficuum tamen erit, si hac in *atate* ad volatilem sanguinem fermentum & mucum stomachalem resolvendum tintura appetitiva Mæbii subinde ad gittulas quindecim vel viginti cum poru ordinario propinetur.

§. 2. Ad eundem scopum obtinendum commendamus etiam infusum Thee, quod præter vim attenuandi quæpoller, lympham acidam vel austera e-

gregiè temperat & corrigit, poros ventriculi potenter referat, respirationem facilitat, & sensibilem transpirationem promovet, & ieri per vias urinarias excretionem feliciter expedit. Hinc est, quod urina, à poru Thee largius sumto, reddita, colore magis tincta sit, lecus quam illa, quæ post alios potus excernitur, argumento non contempnendo, quod potus Thee non solum poros ventriculi & vesicæ, sed totum contextum vasculosum integris viribus permeaverit.

§. 3. Inter remedia senili etati sacra omnibus palmam præcipiunt antiscorbutica; ego enim inter scorbutum & morbosam senectutem protinus nullum agnoco discrimen. Eapropter feverē proscribimus cathartica vehementiora, calidiora exsiccantia, inter quæ vinum quoque sub centum venit: Quamvis enim lac senum vulgo vocetur, & quæ facile tamen aescit in primis viis, & sanguini insidias truit; deinde admodum exsiccat, humidas particulas educendo, vel minorem motum ipsis conciliando, aut obstrunctiones producendo, in quo natura siccitatis propriè consistit. Laudamus interim Zingiber conditum cum enula, calamo aromatico, nuc, Moschat, & succoladâ, ceu magnum aduersus senectutem præsidium, quibus addo carnem

nem viperinam, sæpius cum carne caponis, gallina vel perdicis comedam, aut in gelatinam redactam. In debilitibus concedimus tantillum vini gallici, hispanici aut malvatici cum aliquot guttulis salis volatilis oleosi stomachalis, præferim post prandium vel cœnam.

§. 4. Quæri h̄c solet, an Medicus certam ciborum quantitatem determinare possit? n. cibum ob subjectorum varietatem, diversumque vitæ genus, nec pondere nec numero mensurari posse. Si enim liquor gastricus rite se habeat, licet ad sacieratem comedere. Sin vero acidum prædominium obtinet, ipseq; ventriculus ad appetendum robustus, ad coquendum autem debilis sit, conducedat sa-

niti, non satiari cibis; aut semel vel bis in hebdomada à prandio aut cœnâ abstine-re. An in advertes autem facile, an chyli-ficationis negotium ex voto expediatur, si scilicet nullus post cibum in ore peregrinus sapor, si nulla post pastum inflatio ventriculi observetur, si caput non fuerit grave, atque ad munia corpus sit alacre.

§. 5. Querunt etiam de somno, utrum post prandium concedit possit. Sed quidni licet dormire somnolento? neque ullam videmus rationem in contrarium, & quæ Schola salernitana pronun-ciat, falsò miruntur supposito. & ascen-sum vaporum ad cerebrum è ventriculo pro fundamento habeant.

## C A P U T VII.

De

### *Cibis ex regno Vegetabili sumendis.*

§.

Hæc tenus de Diætâ egimus, nunc de ipsorum alimentorum qualitatibus dicendum erit, ut eas nobis magis reddamus perspectas.

§. 2. Describitur *alimentum*, quod sic omne illud, quod corpus nostrum nutrit: sive quod motu, poris, & figuris suis, partium fluidarum & solidarum poris, figuris & motui in corpore nostro convenit, aut non multum contrariatur.

§. 3. *Alimentum medicamentosum* dicitur quod præter illas particulæ alias in se continet, quæ corpus nostrum alterant, & à poris & figuris sanguinis atque consueti ætheris motu abludunt.

I.

§. 4. *Panis benè fermentatus & be-nè coctus* continet in se acidum ventri-culo gratissimum, & solo etiam odore languentes reficit. Si fuerit viscidior, in mucum acidum abit, præsertim si à furno adhuc calens assumatur, quippe particu-læ crassiores & viscidiores in majori ad-huc positæ motu facile poros ventriculi & intestinorum ingrediuntur, ibidem que contumaces parunt obstructions, unde colica suos sapissimè habet natales. Idem esto iudicium de placentis recentibus aliisque omnibus, quæ in glutinosam pa-ram facile abeunt, & proprietate primis viis infenissimas sunt.

§. 5. *Ptisa.*

§. 5. *Ptisana* ex hordeō parata lan-  
gentibus & alimentum & medicamen-  
tum præbet. *Oriza* viscidior est, unde  
magis flatulenta, & ventrem sifistit. *Juncu-*  
*la avenacea* tenuitate suā corpus facile  
permeant, & tūscentibus, phthiſicis, asth-  
maticis, hypochondriacis, aliisque tēſui  
utentibus valetudine, apprimè conveui-  
unt. *Milium terrestre* est, & corpori  
crassum præbet pabulum.

§. 6. Omnia leguminas sunt flatulen-  
ta & viscida, præfertim tortida & exsiccata:  
quò ergo diluta magis ac humida ad-  
hacerunt, eō erunt meliora. Corrigi de-  
bent aromaticis, visciditatem temperanti-  
bus.

§. 7. *Raparum* particulae duplices  
sunt generis, crassæ terrestres, subtileſ &  
tenues: illæ per primam coctionem aufe-  
runtur: hæ reclusa magis in decocto fe-  
cundatio textura evocantur, unde secun-  
darium rapatum decoctum obtinet vim  
diutericam, lympham crassam incidendi,  
& acidam corrugandi, atque in toſſi, quartana,  
melancholia & dysuria prudenter  
commendatur.

§. 8. *Radices ſſari, napi, paſtinaca,*  
copiosum ſuppedant chylum, veneſem  
ſtimulant & menses movent. *Radix pe-*  
*troſelini* diſſicilis coctionis & diſſicio-  
ris digeſtionis eſt. *Raphanus ſylvestris* eſt  
ſcorbuticorum ſolatium, hinc in crudia-  
tate acida corrígenda, in hypochondria-  
ca, mēſium ſuppreſſione, & obſtructio-  
nibus viſcerum tollendis, præſentaneam  
ſpondet opem.

§. 9. *Raphanus* ſale volatili abundat  
phlegmatem magis diluto: Reſolvit mu-  
cum in primis viis, bilis visciditatem  
emendat, & ſuccum pancreaticum deti-

net in officio, flatuſ diſcutit, & urinam  
potenter movet.

§. 10. *Allium* ſale ſuō volatili acri  
corrigit lympham acidam & viscidam,  
ſuccos magis fluidos reddit, prodeſt, hy-  
pochondriacis & vermes necat. Multis  
tamen ob vim agitatoriam, qua gaudet,  
infenſum eſt, & in imo ventre non minas  
quam capite turbas excitat. Ab hoc gra-  
du diſſerunt cœpæ ſinapi porrum.

§. 11. *Endivia, portulaca, rapun-*  
*lus esculentus, baccabunga, flor. borragi-*  
*nis, bugloſſa, naſturtium aquaticum,*  
*phlogolin & bilis æſtum temperant,*  
*fomnum conciliant, & ſalvia acris diluunt.*  
*Bellis minor & numularia* phthiſicis  
ſunt ſolatiō. *Asparagus, chere* folium,  
*petroſelinum, chelidonium minus, naſturti-*  
*um hortense, cochlearia, lupulus, alle-*  
viant ſcorbuticos, menses & urinam ci-  
ent, asthmaticos juvant.

§. 12. Inter herbas culinates ſunt be-  
ta, blitum, atriplex ſativa, malva, ſpi-  
nacia, braſſica alba & rubra, que alvum  
blande lubducunt, & humectant, atque  
ſimul aliquod præbent papulum. *Brassica*  
capitata maria condita turbas in primis  
viis movent, ſanguinem tumultuarie fer-  
mentat & capiti nocet. Interim nitum  
in veticum, & hanc theriacam ferculorum  
etiam præter meritum inter delicias po-  
nimus.

§. 13. *Pyra & poma aromaticā* me-  
lancholicis & hypochondriacis apprimè  
conveniunt, dulcia alvum ſervant lubri-  
cam, acida æſtum temperant, acerbæ &  
auſteræ potenter adſtrigunt. *Cidonia*  
temperatā tuā aciditate dicata ſunt ven-  
triculo.

§. 14. *Amygdala dulces & paſſula*  
K multum

mukum nutritunt. *Amygdale amara* redidunt vias urinarias patulas & ab ebrietate præservant. *Nuces anglandes* recontes copiosum chylum suppeditant: ex siccata anno sae tale rancido & acri pectori & capiti nocent: idem judicium esto de *avellanis*. *Glandium & castanearum* particulae sunt crassæ & valde viscidæ, quod si tamen à potentiori fermento in primis viis attenuentur, chylum pingue & oleosum suppeditant. *Nuces pineæ & pistaciae* opumè nutritunt, humorum actionem temperant, & semen augent. *Cappares conditi* acelcunt in ventriculo & difficulter coquuntur. *Olive* abstergunt & mucum stomachalem deirgent: *Earundem oleum assatum* diffundit se per totum corpus, si quidem meatus fuerint patuli, sanguinem coetatosque sanguinos temperat, & primas vias lubri-

citat, omni ætati magnum præsidium.

§. 15. *Pruna, malaperseca, mora, fraga, melones, cucumeres*, facile in liquamen putridum abeunt, fermenta viscerum destruant, & præviâ fermentatione acriora spicula extravertendo choleraam, alvi fluxum, colicam, & variæ generis febres producunt. *Radiculum sanè est*, quod vulgo prætenditur de vi refrigerante: quasi verò illa, que refrigerant, hoc est succorum vitalium motum sistunt, ad vitam protractandam sint idonea.

§. 16. *Fungi* prædeunt ex sordibus terre, & in corpore nostro uisibiles revertuntur. *Saccharum Balsamicum* suâ vi temperat lympham per oralem actionem factam, ut autem acidat roditis ossa, & sanguinem cum cœteris succis acuorem reddit, siveque venenum in cauda habet, mel est in ore, fel in corde.

## C A P U T VIII.

De

### *Cibis ex regno animali desumendis.*

#### §. I.

**C**aro suilla recens male audit ob glutinositatem; fumo exsicata ob sal mortarium sanguini est infustum, & difficulteris centetur coctionis. *Caro vervecina, aprugnina, vitulina, bubula, leporina, cervina, agnina, fuccum alimenatum* satis copiolam suppeditant.

§. 2. *Animalium viscera, extremitates, partesque tendinosæ ob rigidores fibras difficillimè coquuntur, autem chylum mutantur.*

§. 3. *Gallina, capones gallus indicus, nro*

*gallus, perdices, turdi, alaudæ, anseres & anates juniores, salubrem præbent succum, & opumè nutritunt.*

§. 4. *Inter pisces sua te commendant salubritatem* salmo, trotta, lucius, perca, carpo, fundulus, mustela, fluviatilis, halec. *Quæ viscosi sunt, aure exsiccati, muleum patientia suppeditant, & concoctu difficiles sunt.*

§. 5. *Canceris succulentæ sunt, & actionem salutis obrundunt: Ostrea, Cochlea, & testudines chylum pingue, sed pauld*

paulò viscidum, in recessu tamen sibi volatile obtinente, præbent.

§. 6. *Lac* optimè nutrit, quod non datur præstantius. Neque enim opus habet, ut in chylum abeat, sed sufficit, si leviter in primis viis alteratum classamentum caseosum deponat, reliquā autem sibi parte sanguini confundatur. Verū cum ab acido aliorum ciborum, qui in una eademq; mensa assumuntur, admodum alteretur, & peregrinum in primis viis acquirat acorem, saepius mutato habitu in venenum abit, & graviorum symptomatum auctor existit. Eapropter autem so-

lum comedendum, aut mensa proscriptum.

§. 7. *Caseus recens* terrestreitate sua retardat chylificationem; *inveteratus* salibus suis acerobibus turbulentas & inordinatas excitat in corpore fermentaciones. Uterque hypochondriacis & passioni hystericae obnoxii infensus censemur. *Butyrum* tecens facile distribuitur & optimè nutrit. *Ova* tremula parte vitellina nutritur, sed albumen facile in digestiōem concrevit. Fixa autem indurata sale acr̄ coctioni primis in viis struunt insidias, & fermenta corrumpunt.

## C A P U T IX.

*De*

*Potu.*

§. 1.

**U**T coctio fiat in humidō, & undulatorius sive tremulus palati & fauicium fibrillatum motus (in cuius immunitatione vel augmentatione ratio formalis suis consistit) conservetur, aut restituatur, potus inter comedendum subinde assumendus est, quod fermentum ventriculi paululum diluat, (multis quippe languet appetitus, donec semel bibent,) & assimilata accuratius & facilius miscantur, atque fauces cum lingua & salivalibus glandulis humectentur.

§. 2. Primum autem inter alia potus, lenta sibi vendicat locum *Aqua*, tum jure antiquitatis, tum salubritatis prærogativa, & in respectu potus medicus meritò suò audit, quod lubricitate & flexibili-

tate particularum sese poris ejusunque sint figura facile insinuet, acidum vitiosum temperet, salia diluat, pituitam fluidiorem reddat, bilis æstum demulcat, & sanguini humidas particulas restituat; superfluum autem tum per vias urinarias, tum per exteriorem corporis superficiem & ambitum iterum excernatur, & quod caput rei est nullibi acelcat, ut ipsis etiam ægirotantibus, modò frigus ejus non obsteret, tunc propinari possit.

§. 3. Eligatur itaque *aqua fontana*, valde limpida tenuis & crystallina, quæ levis & omnis odoris atque saporis expers est. Quod si forte particulas heterogeneas & limosas in recessu habeat, coctione emendetur.

K 2

§. 4.

§. 4. Crassiores magisque ponderosæ sunt purealis, palustris, pluvialis, fluviatis &c. & limo, labulo, sale aut ramamentis metallicis gravidæ, quibus fœculentiis in primis viis præcipitatis chylificationem & digestionem intertrumpunt.

§. 5. Sed remoram haud exigam injiciunt calamo, qui perlausum habent, aquam minus gratam & convenientem esse ventritulo, ipsumque chylificationis negotium potum expetere, qui præter vim calefaciendi virtute quoque polleat confortandi Stomachum. Verum attendat quælo! quid sibi velint obscuro illo termino confortandi ventricū; Multa enim tunc, quæ diverso respectu dicuntur stomachia, sive quibus vis tribuitur confortandi stomachum, sed cum diversi sint generis, explicandum erit, quid sit confortare. Iplum profecto ventriculum omnium optimè confortant, quæ poros non alterant, eosque in figura & situ non mutant, nec tubulos obstruant, quo rectus de aqua quam de aliis liquoribus dicitur. Quod si ad experientiam provocare velis, obtendens, plures esse, qui aquam non possint ferre, & qui à potu aquæ stomachi dolore vel inflatione conquerantur, per me facile id quidem videbit, qui in recessu habeo, quibus plumbæ hæc tela retundere possim. Primo enim facit pro me decantata regula, consueta et si deteriora in suetis minus nocere solent: deinde alia infoliti hujus effectus sub est causa, quæ in ventriculi vitiosam dispositionem potius quam in aquam redundat. Quippe si hæc ob contumaces obstructions pororum ventriculi & intestinalium nequeat distribui, fluctuat

in primis viis, alcali suō occulto, vel rectius, insinuando se angustissimis poris assumentorū, ita ut plutes ejus particulae solâ materiâ primi elementi sint cinctæ, subitanæ effervescentias & inflationes excitat: quod alii quoque liquores potueri majori sapientiæ cum impetu facere solent.

§. 6. Itaque haud peccavero, si dixerim, vinum & cerevisiam aquæ postponenda esse: imo vel ob hanc solam causam quod in corpore nostrō facile ascant, vix admitti posse pro potu ordinatio. Vinum ergo interea merito referat medicamina, quæ aut jugulant, aut novent, & quæ rarius in ulum vocari debent. Quamvis enim sale suo volatili oleoso sanguini vigorem & activitatem super addat, ejusque ulum omnimodo improbare non possumus, nemo tamen est ex Medicorum ordine, qui ambigat, sanguinem & lympham ex cerebri vini usu aescere, & ad coagulationē disponi, undiscutus nutritius in capillaribus vasculis facilè præcipitat, præcipitatus restagnat, restagnans plus aescit, aescens vicinos succos præterlabentes inquinat, ut inde varia emergant phænomena, toti œconomiae animali fatalia.

§. 7. Impossibile quoq; videtur, vini salubritatē in specie & intuitu individuum determinare; Ecquis enim à priori scire poterit, an aether hujus vel illius vini amicus sit atheri consueto sanguinis nostri, cum illud ab experientia dependeat, & quod quilibet facilis in se experiri poterit. Inde est, quod multi vinum thenanum elegant, alii aliud. Sunt qui Molellanum commendant, quod alii cul- pant.

pant. Multi benè ferunt vinum gallicum, à quo alii se pejus habent. Medicus o& tua-  
genario major nunquam graviori infe-  
statis morbo rogatus à Principe, quō ar-  
canō usus fuisset ad prolongandam vi-  
tam, festivè respondit; Meum arcana  
fuit vinum rheanum.

§. 8. *Gerevisia* bonæ notæ censetur,  
si sit tenuis, clara & lupulò modicè con-  
dita. *Triticæ* multas particulæ visci-  
das in recessu habet. Ultraque suos  
patitur manes, &c in primis viis ace-

scit, sicque valetudini minus convenit.  
Omnis itaque impendenda opera, ut ace-  
scentia tollatur, quæ carminatiuis &  
atomaticis si non subjugari saltem infrin-  
git potest.

§. 9. Possunt alii quoque liquores  
potum suppeditantes ex passulis & tarta-  
ro, vel ex liquititia cum lemine anisi vel  
fœniculi; vel ex solâ farinâ à venaceâ, vel  
ex cerasis, pomis citri & cinaïnomô cum  
aqua coctis præparati Quod potum *Caffe*  
& *Thee* cum Santalo quoque referimus.

## FINIS Libri Quarti.



K 3 INSTI-

# INSTITUTIONUM MEDICINÆ RATIONALIS

LIBER V.

Sive  
THERAPEUTICA.

CAPUT I.

De  
Methodo Medendi.

§. I.

**D**evenimus tandem ad illam Medicinæ partem, quæ finem artis nostræ immediate & propius respicit, & cui cœtere omnes velificantur; Quippe in hâc Methodus medendi seu fundamentum & basis omnis medicationis cum materia auxiliorum sive medicamentis eorumdemque præparationibus modò træditur.

§. 2. Est autem Methodus medendi nihil aliud, quam Notitia agendorum: sive curandi scientia. Vele est ars, qua per certas indicationes auxilia inveniuntur, quibus labefactata corporis œconomia in integrum restitui debet.

§. 3. Duo sunt hujus Methodi fulcra & columnæ, quibus superstruitur; *Ratio* nempe & *Experientia*: quæ conjuncta omne in Prudentia Medica ferunt punctionem. Si enim illud quod *Ratio* per demonstrationem evincit, *Experientia* confirmetur; & quod *Experientia* observat, *Ratione* roboretur, ipsique consentaneum sit, res est in vadô: Sia autē Ex-

perientia imaginatio sit, & sola præsumptione vel autoritate nitatur, meritò falsa censetur & futilis. Et si *Ratio* experientia destituatur, manca quoq; est & *inops*. Mallem tamen ipsam lequi rationem tali videlicet in casu, si in inveniendis præsidio nihil admittatur, quod non sit clarum & perspicuum; si naturam hominis Medicus exalte cognoscat, & causam morbi probè perspectam habeat, omnesque operationes medicamentorum per claras & stringentes demonstrationes in apicum producat, quam Experientia fluctibus agitari. Fateor, & tuam Experientiae constare laudem & dignitatem, præser-tim in casu valde simplici. Verum cum hi rariores sint, & nullibi ferè vulgaris iste us proverbii, duo cum faciunt idem, non est idem, veritas clarius appareat, quam in praxi medica, non miror, si illi etiam viri, qui Experientissimi vocantur, subinde observationis defectum, & quod ob nescio quam fiduciam in tuam Experientiam ad omnes circumstantias, quarum minimæ

rem

rem variate possunt, non attendant, fallant & fallantur.

§. 4. Nec obstat, quod illi, qui *Experi-*  
*entiam* plenis buccis crepant & vulgo  
*Practicæ* vocantur, utcunq; vires reme-  
diorum & cauas morborum ignorant, tamē  
apud vulgus etiam præ aliis applicariū &  
encomiū quandoq; mereantur: ille enim  
effectus non semper uibuendus est ima-  
ginariæ illorum experientiæ, sed aliis arti-  
bus ex Machiavelli *lchola* non raro acci-  
tis in acceptis ferendus. Abstardum pro-  
fessio nō minus est, quam Medicu indecoru-  
m, fateri, se quidem natuā morbi igno-  
rare, led cum obseruaverit, cum curatum  
fuisse, curatiq; adhuc prostant exempla,  
prætendere, jure quoddam sibi prærogati-  
vam in praxi debet. Is enim *Experiens-*  
*simi* nomen demum meretur, qui & mor-  
bi naturam, & veram ejus cœulam novit,  
& quecum remediis à se inventis vel ap-

probatis sèpius curatum vidit; plus enī  
pollet *ratio* in auxiliis eruendis & inve-  
niendis, quam ipsa *experiencia*; & judi-  
cium Medici practicum lucem suam à ju-  
dicio theoretico fornerari debet. Itaque  
talis consulend⁹ est Medicus, qui judicio-  
sus magis sit, ut loquitur Cl. Ettmüller⁹,  
quād memoria præditus: quatenus hic  
nonnisi vita & audita, ille autem planè no-  
va, mentis acie penetrat.

§. 5. *Indicationis* fundēntia sunt se-  
quentes regulæ (1.) Omne illud quod in  
œconomia animali aliquid indicat, vel sui  
conservationem indicat, vel sui ablato-  
nem (2.) Quod secundum naturam est, &  
ad œconomia animalis integratatem spe-  
ctat, est conservandum: quod præter na-  
turam, est tollendum (3.) Conitaria iis  
tolluntur remediis, quæ contrariū edunt  
effectum: Similia iis conservantur, quæ  
similem edunt effectum.

## C A P U T II.

De

### Indicante & indicato.

**I**ndicatio sive ostensio præsidiorum  
nunc morbum, nunc causam morbi,  
nunc symptomā, nunc vires respicit, &  
propterea in curatorium, præservatorium,  
symptomaticam, & vitalem dividitur.  
Unde ipsum quoque indicans vel  
curatorium est, vel præservatorium, vel  
symptomaticum, vel vitale.

§. 2. *Indicans* est illud, quod præsidi-  
um indicat, & quod per indicationem in-  
notescit. *Indicatum* est illud, quod me-  
dici oculos ad se diversit, & est scopus ille,

§.

¶. quem Medicus in curatione intendit.

§. 3. Quod autem plura sunt indica-  
tia, quæ unum idemque jibent, vel sal-  
tem non contra indicant, ed Medicus in  
agendo firmo iustabit talē. Si sibi con-  
trariantur, & quod unum juber, alterum  
id prohibet, suspenso magis gradu pro-  
gredendum, considerando prius indica-  
tia consentientia, dissentientia, prohibi-  
tientia & contra indicantia.

§. 4. *Vitale indicans* peculiare quid  
sibi vendicat, & indicando cœtera omnia

ante-

antecellit, ipsumque ordinem in medendi methodo interrumpit, quia semper vi-  
xium major habenda est ratio, quod et-  
iam desymptomatico dici potest.

§. 5. Indicatum idem est ac agendum,

sive id quod fieri debet; continet autem  
sub se legitimam præsidiorum admini-  
strationem, ex quô nempe regno dela-  
mi, & quâ dosi, quâ tempore, ordine  
& loco applicati debeant.

## C A P U T III.

*De*

### *Indicatione curatoria Morbos intemperie responsible.*

§. 1.

**M**Orbi intemperiei curantur per al-  
terantia in contrarium: Sic acidâ  
vel austera sanguinis aut lymphæ intem-  
peries indicat sui alterationem per alcali-  
ca absorbentia & invertentia: Intem-  
peries acris salina corrigitur per alterantia  
oleosa, blandiora acida, & cuspides in-  
volventia. Calida intemperies corrige-  
tur per deobſtruēntia: frigida per vola-  
tilia: hæc enim contrarium edunt effe-  
ctum, et si neque calori neque frigori  
propriè contrariantur.

§. 2. Paradoxum hoc multis fortè vi-  
debitur; operæ itaque erit pretium, ar-  
duam illam & magni momenti quaſtio-  
nem & controversiam hic introducere,  
& ad rationis non minùs quam experien-  
tiæ obrussum exigere: utrum videlicet in-  
temperies sanguinis calida curari debeat  
per contraria frigida? Ita quippe est, ut  
qui numero quaternario Elementorum  
primarumque qualitatum præjudiciis  
constricti tenentur, affirmativam acerri-  
mè tueantur, eamque ceu sensibus magis  
obviam & consentaneam rationibus  
confirmare contendant. Verum enim

verò! nunquam (si dicere fas est) senten-  
cia generihumano usque ad eō infensa &  
exitiosa è scholis ad forum Medicum  
translata fuit, quam hæc de imperiei cali-  
dæ per frigida alteratione inverteata opi-  
nio. Quandoquidem si juxta hoc præoc-  
cupati animi statutum medicari vellemus,  
in certissimam cuinam vitæque discrimen  
ipsum ægrum indubitatò conjiciemus.  
Quid? anne sanguis unquam opus habet  
refrigeratione? anne motus ejus in cir-  
culum concitatioſ facit (si modò vita-  
lis ille liquor, à materia subtili secundum  
lineam rectam torrentis instar agitatus,  
unquam secundum talem motum celeri-  
us moveri potest) præternaturalis dici  
meretur, aut economiæ noxam mina-  
tur? Nem penon intelligunt, quid calor  
sit in rebus, quas calidas vocamus, nec  
quod fundamentum denominationis non  
in re ipsâ sed in relatione ad corpus no-  
strum habeat; ipsa enim particularum agi-  
tatio, in quâ ratio formalis caloris consi-  
lit, nullam plane convenientiam habet  
cum sensu caloris in mente, quarum re-  
rum ideæ propterea Cartesio testè dicun-  
tur

tur confusæ; itaque ut proprius ad rem accedamus, videbimus, quid sit calida illa sanguinis intemperies, in qua febrium essentiam consistere putabant, & quomodo corrigi aut curari debeat. Præsuppono autem ex physicâ, quod calor in rebus nihil aliud sit quam motus vel agitatio particularum secundum omnes dimensiones; vi cuius suppositiones sequitur, sauginem tunc deum dici calidum, & insolitam illam sensationem in mente produci, quando fibrillarum corporis nostri motus tremulus augetur: dum videlicet à sanguine celerius & vehementius pulsantur, id quod fit, ubi motus sanguinis progressivus vel ob obstructionem in Vasibus minoribus, eum pari alacritate non recipientibus, vel ob vehementiora exercitia & nimium corporis motum impedit & in intestinum transfertur, in quo vera intemperie calidæ consistit ratio! E quibus mēd quidem iudiciorū luce meridianâ clarius apparet, curationem non debere nec posse institui per frigida, ut pote quæ progressivum motum, quem promovere aut restituere intendunt Medici ad unum omnes, magis sicut & immixunt; sed ipsam obstructionem ante omnia tollendam esse; quod certè non fit per contraria frigida, sed per volatiliantia, acidum ab sorbentia, imò ipsa calida. Fuêre, qui calida in intemperie calidâ tantoperè metueates frigidis latgiter usi sunt: Sed maximò cum valetudinis, imò vitæ discrimine, dum calorem frigidis imprudenter restringendo sibi mortem acciverunt; inde etiam est, quæ hodierni Medici post habitis in morbis calidis Julapiis aliisque decoctis refrigerantibus ea solum urgente astu & siti com-

mendent, quæ secundariò & quasi per accidens refrigerant, qualia sunt nitrola, & camphorata: nam hæc de obstruunt, & motum illum intestinum iterum in progressivum referunt: quô expedito omnis ablatus erit calor præter naturalis, sive intemperies calida.

§. 3. Excipies; ipsa tamen vasa sanguifera magis distenta esse in intemperie calida: & sanguinem per eas venam redditum cum impetu egredi. Quibus respondet, sanguinem tardius circulati his in casibus, nec toties cordis thalamos permeare, quam in statu naturali: propterea mirum non est, si ob restagnationem, & inde ortum modum verius omnes dimensiones, & vasa distendantur, & sanguis cum impetu è vulnusculo lanceolato proficit. Ex eadem causa pulsus etiam frequentior est, cum tenuior sanguinis pars una post aliam unde instat cor ingrediatur, sed ob defecatum cœteratum sanguinis partium rarefactio multò debilius instituatur: accedit quod ob sanguinis in cordis parenchymate restagnationem ipsum Cor nec sufficiens dilatari, nec satis arcte contrahi possit.

§. 4. Cavendum autem, ne alteratio fiat usq; ad alterū extremum: Quem insinuem veteres ipsorum viscerum habuerunt rationem. Nec malequidem, modò omnia bene explicentur.

§. 5. Cum enim sanguis crassior & fœculentus in capite contumaces pariat obstructions, ejusque motus per minutissima vasa cerebri continuatus pars vitæ sit, certum est, non dari medicamenta capitis frigida, omniaque, quæ partes juxta se invicem quiescere faciunt, cerebro esse inimica, qualia sunt frigida

& acida, quæ systemati nervino ob rationem satis notam minus quoque favent. Oculi admodum sensiles non ferunt acria & frigida. Pectori nocent acida & frigida ob eandem rationem. Sanguini & cordi acida & vehementiora acria, & corrosiva calida sunt infensa: idem judicium esto de viñcidis & frigidis terrestribus

& exsiccantibus. Ventriculo grata sunt blandiora acida & salina, quia mucum incident & potes referant. Amara vulgo censentur hepatica. Lieni solatio sunt martialia. Utero nocent acida & austera, omniaque quæ inordinatas in corpore producunt fermentationes, quò dulcia quoque referuntur.

## C A P U T IV.

*De*

### *Indicatione curatoria quatenus morbos turbatæ mixtionis sanguinis respicit.*

§. I.

**S**anguinis mixtura turbata felicissime & potentissime restituitur à Sudoriferis, & quæ consueto ætheri suppetias ferunt, peregrinum autem debellant.

§. 2. Eādem medendi methodo curantur morbi occultarum qualitatum sive consistens substantia dicti, & qui, ut in præcedentibus libris ostendimus, gradu saltem ab aliis febribus & nonnullis morbis differunt. Omnis nempe impendenda in id est opera, ut debita sanguinis mixtio per alexipharmacam restituantur, quæ an occulte an manifeste agant, capite de medica-

mentorum facultatibus dicetur. Hic anotâle sufficit, plurima alexipharmacâ aliam quoque cum consueto æthere inire fermentationem, mediante quâ peregrina illa, & quæ planè à naturali abludit, tollatur; dum peregrinus æther expellitur, & consuetus fasces imperii recuperat.

§. 3. Si ventriculus gravatus sit laberat, levari prius potest blandiori vomitione, præterum in morbi principio, quod crescenti malo pabulum maturè præscindatur.

## C A P U T V.

*De*

### *Curatione morborum compositionis, conformatioonis & soluta unitatis.*

§. I.

**M**Orbi conformatioonis ratione numeri curantur, si pars deficiens

juxta decurtorum chirurgiam restituatur, aut si hoc impossibile sit, palliativè curetur,

ter, ut scilicet deformitas occultetur. Pars superflua autem tollitur novacula, forcipe, forifice: Vel successivè per ligaturam aut remedio canthico extirpatur.

§. 2. *Magnitudo per totum corpus* au-  
dæ sui indicat imminutionem viæ te-  
nui, peregrinat onibus, venæ sectione,  
purgantibus, & sudoriferis obunendam.  
Hunc in modum curatur *corpnentiania*  
*mias*, cuius exemplum vide apud *Timaum*  
& *Guldenklee*: In *Hydrope* autem vehe-  
mentiora catharticæ non immittunt mag-  
nitudinem, sed tangent; quia vala erupta  
magis dilacerant, & lympham in *abdomi-*  
*nis* *cavitatem* deturbant. Interea totius  
rei cardo in eo vertitur, ut lymphæ reten-  
gnanti motus aperitivis juvetur, & vala  
lymphatica erupta consolidentur: hinc  
aperitiva & vulneraria utramque hic fa-  
ciunt paginam.

§. 3. *Magnitudo* *aucta* in parte pri-  
vata tollitur alicuienibus & reolven-  
tibus, q. s. emplastrum de ranis cum mer-  
curio vel cinnabari, lamina plumbea mer-  
curiò illinita, spiritus aromatici, omniaq;  
saliæ volatilia. Cavendum tamen, ne reli-  
ctis tenacioribus particulis fluidiores sal-  
tem discutiamus, cum illæ sibi magis im-  
plicitæ postmodum vix ac ne vix quidem  
tesolvî possint.

§. 4. Huc spectant omnis generis Tu-  
mores, quorum plurimi saltem gradu in-  
ter se differunt, atque diversa nomina à  
loco, durationis tempore, partis affectæ  
naturâ, & humoris conditione, atque cum  
aliis lucis alâ atq; aliâ coagulatione aliis-  
que circumstantiis fortiantur. Sic phleg-  
mone & Erysipelas ab uno eodemque  
humore nascuntur, quorum disceimen in  
majori vel minori distensione & rubore

confistet. Idem illud tal, obstruens po-  
ros pleura, inflammatorium producit ta-  
morem, qui pleuritis vocatur, & in pul-  
monibus peripneumonia, in faucibus an-  
gina, in oculis ophtalmia, in meningib  
phrenitis audit: Idem hic humor pro-  
ducit in extremitatibus digitorum pan-  
titum: in patibus tendinosis antracem:  
in glandulis in guinalibus bæbonem: re-  
tò aures parvudem; sub axillis panum:  
in palpebris hordeolum: in facie furunculum.  
Si vero chylus viscidus quidem  
sed mollis, in canaliculis extremis testa-  
gnar, erit œdema. Quod si à succis aliis  
acidis supervenientibus præcipitetur in  
caleotam tubitantiam, fieri scirrus: si  
talia corrosiva & actia sint immixta, at-  
que ab æthere in se invicem & canalicu-  
lorum fibrillas vibrentur, erit cancer. Si-  
milis quoque humor constituit in glan-  
dulis scrophulas. Quod si canaliculus à  
chylô intus contento valde dilatetur,  
multi autem planè diffingantur, oriunt  
tumores, in quibus humores proprio  
folliculo aut tunica, continentur quotun  
unus si adhuc mellis instans uidetur, me-  
liceritem, si in crastamentum caleolum  
abeat, atheroma: si planè indurescat instar  
calei exsiccati & levo sit similis, erit stea-  
toma, vel struma; ejusdem quoque indo-  
lis est humor ille, qui circa articulos gân-  
glum & tophos producit.

§. 5. A lacte tali corrupto in canali-  
culis capillaribus & glandulis miliaribus  
cutis stagnante patet varii tumores  
suis habent natales & appellations, &  
gradu saltem differre videntur, quales sunt  
scabies, herpes, achor, favus, tinea, impe-  
tigo, liché; prout enim plures vel paucio-  
res canaliculi obstruuntur, nuncque pro-  
fundius,

fundius, nunc superficialiter magis infarciuntur, aut planè disrumpuntur; ideoque chylus nunc cum succo nerveo degeneri, nunc cum præexistente in ambitu corporis fermento maligno, vel in utero, obmatris errores in vietum commissos, vel post nativitatem ab assumptis acidis collecto, in coagulum abit, atque variis modis concrescit & coalescit; ita varia acoris, visciditatis & fermentationis in ipsis humoribus restagnantibus reperiuntur gradus, variaeque inde resultant apparentiae & effectus.

§. 6. Primarii tumores curandi scopi sunt, ut interne acidum attenuetur, & obstructi canaliculi aperientibus referentur, illudque præternaturale quod fluidum adhuc est, vel fatis attenuatum est, evacuetur. Huc spectant purgantia, sudorifera, diuretica, aromatica oleosa, alkalica tum fixa tum volatilia, præsertim sulphur in substantia, & omnia ex sulphure præparata. Externè camphorata, suffumigia, cataplasma, & inunctiones ex mollientibus, discutientibus, actimoniam temperantibus, poros restituentibus, fibras distortas & distentas relaxantibus, detergentibus, & acidum corridentibus parata, laudantur.

§. 7. Imminuta magnitudo, qualis in atrophia partis alicuius occurrit, vietu laudabili, quiete, frictionibus & balneis curatur.

§. 8. Vitiatae partis figura indicat reductionem ad statum naturalem, operanuum, fasciarum, aut instrumentorum perficiendam.

§. 9. Meatus obstructi erunt referandi, & ab humoribus, languine grumoso, calculo, fecibus induratis, omnique

illo, quod obstructionem peperit, liberandi. Partes coalescentes sunt dividenda. Conspitate amplianda. Compressa ab onere levanda: Canaliculi præter naturam aperti ligaturi aut styptico claudendi; aspera partis alicuius superficies emollientibus & temperantibus corrignenda.

§. 10. Morbi conformatiois situm & connexionem partium lèdunt. Situs mutatus indicat partis in locum naturalem repositionem, v. g. in uteri aut intestini prolapsu: in ossis luxatione. Connexio mutata ligamentorum conjunctionem: si sejuncta esse debeant, eorumdem solutionem indicat: adhibitis deinde deobstruentibus, & poros livet tubulos restituentibus, ut flacciditas ligamentorum corrigitur, & partes roborentur.

§. 11. In morbis soluta unitatis divisa sunt conjungenda, reposito prius osse, si luxatio vulnus comitetur: aut reducto & coaptato, si fuerit fractum. Ante omnia autem extranea è vulnera sunt eximenda, si id quidem circa novum periculum aut maius discrimen fieri possit. Deinde sanguis fistendus: aëris accessus statim quovis modo impediendus: & gravioribus symptomatibus, que ex reflectarum fibra- rum resiliione, & tubolorum vicinorum obstructione, oriuntur, matutè obviam eundum, qualia sunt dolor, tumor, inflammatio &c.

§. 12. In vulneribus venenatis maligna illa veneni cum tuccis corporis nostri fermentatio est suppressanda, id quod fit scarificatione & cœurbitulis multa cum flammâ adhibitis, ut venenum è parte affectâ exprimitur: ferri cōdenti, ut discussiatur & coagulatio impeditur: cœpis,

pis, fermento, theriacâ, spiritu vini camphorato, impositis, ut contraria inducatur fermentatio, succus inalignus præcipitur, & spicula maligna obtundantur.

§. 13. Graviter peccant, qui vulnera sœpius de die detegunt: si enim coalescentiae & unionis impedimenta tollantur, sponte coalescunt partes divisæ, & citius, quam si eruditè nimis & officiosè tractentur. Confitit autem ablatio impedimentorum in tubolorum obstructionibus referandis, ut humorum circulantium itus & reditus per partem vulneratam satius tectusque servetur.

§. 14. In ulcerum curatione ad acrimoniā salium potissimum respiciendum. Toti itaque massa sanguea prius per universalia propisciendum; deinde ad externa detergentia, acidum temperantia & obstructos poros labiorum reserantia deveniendum: Inter quæ laudem metetur spiritus vini, & pulveres aborientes cum emplastrō vel unguento saturnino.

§. 15. Quæ omnia obstetricanibus, quatuor illis operationibus chirurgicis expediantur: quales sunt *Synthesis*, *diodosis*, *dieresis* & *exairesis*.

§. 16. *Synthesis* est operatio chirurgica, quæ partes tum ossæ, tum molles & carnosæ se junctæ, fractæ, vel luxatae, uniuertut. Huic inserviunt extensio, coapratio, per glutinum conjunctio, deligatio, depositio.

§. 17. *Diodosis* est operatio chirurgica, quæ ossa compressa & distorta ad pristinum statum & locum reducuntur; Huic cucurbita cum multâ flammâ, elevatorium, emplastrum tenax in crani depressione; in aliis partibus tho-

rax ferreus aut alia instrumenta ferrea, ceræ, fasciæ convenienter adhibitæ, famulantur.

§. 18. *Dieresis* est operatio chirurgica quæ partes conjunctæ & continuæ dividuntur. Huic obstetricantur *Sectione* & *isstio*. *Sectione* aperiuntur venæ & minores arteriæ, fistulæ inciduntur, abscessus aperiuntur, frœnum linguae relaxatur, thorax & abdomen perforantur, cutis laceratur, setacea apponuntur, fonticuli excitantur, cranium trepano perforatur, osa cariotla limantur, raduntur, serrâ dividuntur. *Ustione* partes cauterio potentiali vel actuali adurantur, id quod in setaceo excitando multis in uero est.

§. 19. *Exairesis* est operatio chirurgica, quæ superflua tolluntur. Ope hujus tela, sclopotorum globuli, è vulneribus, extranea è faucibus & oculis, fontis mortuus ex utero, Calculus è vesica, urina ope catheteris flexilis, qualem è Belgio accepi, extrahuntur, partes corruptæ amputantur, excrescentia exciduntur, quæ verrucas, condylomata, herniam carnosam, aliaque referimus.

§. 20. Quæritur an fonticuli & setacea morbis vel abigendis vel non admittendis sint dicata? Erunt multi, qui imaginari aut horisati experientiâ ne quidem in dubium hoc vocari posse, existimant, dum plures se remediis his adjutos profitantur. Verum enim verò, si rationem consulamus, ipsiusque economiæ animalis statum rite perspendamus, apparebit facile, ulceræ illa arte excitata pro conservanda sanitate parum vel nihil efficere posse; illud enim quod externatur, novum videtur esse productum, quod antea in sanguine, lympha vel succo ner-

veo non præexistit, sed in ipsa parte ulcera-tâ demum fabresa & um est. Ut cunque autem rationes in contrarium prostant bene multæ, non audeo tamen horum remediorum usum in totum negare, cum videam, illa transpirationis vicem supple-re, iplorumque fluidorum copiam in tantum immixuere, ut etiam illi, qui leta-cea aut plures fonticulos gestant, plerumque pallidiores quam antea appa-reant.

§. 21. Satis autem de chirurgicis di-  
ctum esse, autumo. Perantur sol dñora ex *Hildano*, *Sculpteto*, *Aqua pendente*, *Barbette*, *Blancardo*, & *Bontekoe* nouis

Celeberrimi Albrechtii illustrato. Qui-  
bus demum lucem affundit *Celeberrimus noster Dolens* in *Encyclopaedia sua chirurgica*, jam sub prælo tudante: in quâ noui folium ad chirurgium spectantia novâ accuratâque methodo recententur, sed, quod caput totius rei est, egregia etiam remedia cu libet affectui appro-priata fidelissime describuntur, ut per-fectius opus hactenus nulla viderit atque. Qui enim illud diligentî verllabitur ma-nu, magni & studii chirurgi nomen fa-cile merebitur. Sed uno vendibili non opus est suspensâ hedera. Lege & ju-dica.

## C A P U T V I.

*De*

### *Indicatione præsoratoria usum Venæ sectionis commendante.*

§. 1.

Diximus indicationem præsoratoriā  
dauam morbi respicere. Cum au-  
tem cause morborum internæ sint Ple-  
thora, cacochymia & turbata sanguinis  
mixtio, & plethora quidem per imminutio-  
nem sanguinis & subtractionem alimen-  
ticari debat, ordinis postulat ratio, ut  
nunc de *vena sectione*. & quia illam sup-  
plement, velitationem nostram instituamus.

§. 2. Sane phlebotomia communissi-  
mum inter medicinæ subtilia remedium,  
quò plebeji & se & jumenta sua à mor-  
bis prætervare satagunt, quem in finem  
nunc semel nunc bis eam quot annis in-  
stituut: ita consuetudo in tantum inole-  
vit, ut quoties valetudo periclitati videa-

§. 3. Enim verò sanguis facillime per fre-  
quentiorem illam profusionem depauper-  
atur; hinc sit, ut multi in phlebotomia vel  
commendanda vel admittenda nimis li-  
berales successus subinde pariter secun-  
dos experiantur. Quæ forte cauta est, qua-  
re generolum hoc remedium Neoteticis  
male audiit; cui accedit, quod evictum  
nonc sit, veteres venæ sectionem ex falso  
præjudicio plurimis in morbis admisisse,  
eamque scopum illum, quem illi intende-  
bant, nunquam assecutam esse nec assequi  
potuisse.

potuisse. Quapropter eam non aliter quam remedium empiricum suscipimus, quod aut juvabit aut nocebit; cum venam secare quandoque idem fere sit ac hominem jugulare. Adeoque quando super hoc cardine vita ac mors versatur, maxima opus erit deliberatione, antequam quid statuendum sit decernatur: Agam ergo devenæ sectionis usu, administrandi modo, loco, tempore, & quos morbos immediate respiciat, brevissime indicabo.

§. 4. Super his autem advertere licet, veteres quatuor vel quinque *venæ sectionis* usus recentere, dum eam corruptum sanguinem evacuare, copiam sanguinis imminuere, eumque refrigerare, revellere & derivare docuerunt. Et quod duos quidem priores usus attinet, nemo inficiabitur, sanguinem tam corruptum, quam optimè constitutum, per venam sectam qua data portâ effluere. Neque etiam quis facile in dubium vocabit, calorem per sanguinis emissionem præteritum largiore in minutum iri. Enim vero an *sanguis*, qui *versus* partim aliquam propellitur, per *V.S.* ab eadem averti & ad aliam diverti & revelli possit; & an *sanguis*, qui jam partem influxit, iterum ex illâ parte revocari & derivari possit, hoc nondum est in liquido.

§. 5. Itaque in difficultate hœc modo primò notari velim, sanguinem per tulam venam emissum nequicquam ex centro versus peripheriam profluere, sed illius portionem esse, qui ab ambitu versus centrum regreditur, & in via est redendi ad cordis thalamos. Eapropter impossibile est, sanguinem corruptum ope *venæ sectionis* evacuari, cum ille *sanguis*,

qui in principio fluxus emititur, jam late vel chylus suo orbatus sit, quem in vasculis illis capillaribus & minutissimis canaliculis reliquit, dum *sanguis arteriosus* singulis pulsibus ad minutissima ista vasa propellitur, atq; ad eas tandem evenit angustias, ut pars ejus non nisi sub forma humoris lactei aut crystallini à reliquis sanguinis partibus secessionem facere possit. Ridiculum ergo foret, si *sanguis* ille, qui prima vice egreditur, non bene coloratus appareret, eo usque illum extrahere, donec sub aliò colore se conspectui sistet: quippe fieri potest præteritum in febribus, ut ob turbatam sanguinismixtionem tota massa sanguinea obscuriori tincta sit colore, eumque pertinacius retineat, et iam maxima ejus pars extrahitur.

§. 6. Secundò cum causa morbifica magis sanguini arterioso inhæreat quam venoso, hicque primus sit qui factò foramine foras progrediatur; ecquis credet hunc esse corruptum illum sanguinem, quò natura levati desideravit.

§. 7. Potò in confessò demum est, sanguinem æqualiter ad partes distribui; illum autem qui per *venæ sectionem* emititur, nequaquam in partem aliquam influere, aut jam in partem influxisse: sed omnem esse refluxum. Unde cuique obvium est, nullam dari *venæ sectionem* revulsoriā.

§. 8. Multò minus derivatio hic habere potest locum, cùm *sanguis* ille, v.g. qui per *venam* sub lingua pertusam effluit, non sit *sanguis* ille, qui in capite fuit; utpote qui per alias *venas* cordi denuo remittitur; Sed est *sanguis* à partibus exterioribus oris faciei & palati refluxens, qui cum

cum sanguine intra cranium detento nihil plane commune habet.

§. 9. Atque inde innoteſcet, unicum & primarium *venæ ſectionis* utum eſſe, ſanguinem evacuare ſive immiñuere; hic enim cœterorum omnium defectus cum ſoeneore compenſat. Nam ubi ſanguinis in vasis inferioribus copia immiñuit, facile in ejus locum novus per arteriæ truncum delcendentem eō transmittit, & conſequenter quædam ſanguinis portio capiti subtrahitur & ſic reuulſionis deprehenditur effeſtus. Iterum: ſi vasa frontis vel lingue depleanteur, anteā reſtagnans in vasis minorib⁹ ſanguis nunc ad inanit⁹ illa vasa alacrius progređit, & tubuli anteā compressi immunes redduntur, unde capitis dolores & defluſiones à ſecā venā ſepiuſ illicò ceflare ſolent.

§. 10. Omnis itaque *Venæ ſectione* eſt evacuatoria & conſequenter ventilatoria: atque cauſam morbi non tollit, ſed iſipsum ſaltem ſymptoma rēſpicit, nempe dolorem, qui per *venæ ſectionem* vel immiñuit, vel in momento ſiſtitur; quod vi- delicet ob imminutam ſanguinis quantitatē minor fibrarum nervearum & tendinofarū fiat à ſanguine arterioſo preſſio.

§. 11. Perinde autem erit, quānam ve- na tundatur; modò talis eligatur, cui nec nervus nec tendo ſubjaceat, haec enim vix ſine petiulo ferri cuſpidem admittunt; hinc vena frontis, ſub lingua, & cephalica in brachio omnium turillimè ſecantur, cum & Medianæ & Epaticæ nervus & tendo ſubjaceant. Pari ſecuritate tundi etiam poſſet vena jugularis, quam in equis quotidie ſecati videmus. Rejicimus ergò omnem venarum delectum; ut poſte qua-

omnes ab unō eodemque oriuntur trunco, & à vero quam maximè alienum eſt, tria illa venosa vasa majora in brachio eſſe diſtinctos canales, quorum unus pulmonalis, alter hepaticus, tertius cephalicus, dici mereat: illæ enim denomi- nationes ad captum vulgi ſunt excogitatae, cum quo Celeberrimi quandoque Prae-ſtiloquuntur, tum quod mundus velit decipi, tum quod bene philoſophari & ratiocinati non ſemper conduceat luculo aut foco: Nam ad acquirendum panem quotidianum quandoque tempore ſtintiſ- ſerviendum.

§. 12. Extrahitur ſanguis in debilio-ribus ad aliquot Cochlearia vel uncias: in eobustis autem ad libram vel un- cias ſedecim.

§. 13. Necesse tamen eſt, ut antequam V.S. decernatur, ad omnes circumſtantias probè atendat Medicus: cum & prohi- bientia & permittentia ſigna non raro in uno eodemque morbo concurrant, que à reione, anni tempore, aetate, ſymptoma-ribus, & vitæ genere delumuntur.

§. 14. Quovis interīm tempore ur- gente quidem neceſſitate licebit tundere venam, niſi extrema vitium proſtratio, aut morbi status, aut diarrhoea vel vomitus id impediuerint. Quod ſi ἀρροφυλαξεως gratia venam ſecare velis, melius eſt, si vernali tempore iſtituatur.

§. 14. Ad iſipsum verò cœli poſitum & lunæ cœterorumque ſiderum aspectus religioſe nimis attendere velle, gentilem quādam ſapit ſuperiſtitionem, imò juxta Cl. Williſium omnino frivolum vide- tur: ideoque potiſſimum hic moſ-dam- nandus eſt, quod pfeudo-Astrologi in Almanachis suis figuram habent, in qua ſingula

singula Zodiaci signa particularibus quibusque corporis nostri membris appenduntur; proinde quæ sub quo signo luna versatur è respectivâ hominis parte sanguinem omnino detrahi verant: certè qui *άλεγοντες* cælum observant, toto (uti dicitur) cælo errant.

§. 16. Atque sic in omnibus affectibus quos atroces comitatur dolores, licet secare venam, nisi aliud quid obstet. Licebit & gravidis medio gestationis tempore eam administrare. Indicatio nempe in omnibus est una eademque, quæ à motu vel pressione sanguinis delimitur: inanitis enim vasis sanguiferis pars inflammata non amplius ita premitur, nec uteri fibre vel acetabula amplius ita turgent vel distenduntur, sicut etum hincum ibi omnis tollitur molestia.

§. 17. A solâ autem plethora sanguinis immunitio indicatur, quam nec cœochymia nec turbata ejus mixtio postulant, cum ad utramque nihil nisi forte per accidens conferre possit: Ex quo palam fit, in febribus malignis venæ sectionem nunquam indicari, adeoque satius esse, illa supersedere, quam profulo ipsius vitæ thesauro ægrum in maximum discrimen conjicere. Calculum nobis adiicit Cl. Willistius, qui in peste aut febribus malignis à phlebotomia omnino abstinendum esse judicat, cum in illis cruentis mixtio plurimum solvi & pessum ire incipiat. Excipimus tamen casum in quo dolor pungitivus admodum urgeat. De cœtero in omnibus morbis V. S. exulare jubemus, ubi principia aetiva summè deprimuntur.

§. 18. Quæritur utrum purgatio debat præcedere Venæ sectionem? §.

Credunt vulgo, præstare, catharticum venæ sectioni præmittere: sed in quem usum? si enim catharticum expectationi satifecerit, quare sanguinem jam depuratum & à cœochymia liberatum extahit. Unde contrarium colligere licet, nempe quod venæ sectione præmitti debeat, quia mole sanguinis immunita illud quod reliquum est facilius purgantis ope à fordinibus & recrementis liberari poterit.

§. 19. Porro quærint an frequentior sanguinis detractio hominem ad febres disponat, ita ut semel admissam ob febris meum quotannis repetere opus habeat? Nempe in confessu est, crebriori phlebotomia cras in sanguinis everti, dum vitali suâ lymphâ sive chylo privatur, & ad coagulationem atque restagnationem in minoribus vasibus aptus redditur, unde contumacissimis tandem introductis obstructionibus languent secretiones succorum hinc inde instituenda, sanguis in minoribus vasibus in progressivo impeditus motu, intestino in æstum abripitur, & effervescientiam suscipit, que, demptâ per phlebotomiā tempore vernali sanguinis portione, impeditur vel retardatur, dum sanguis ille se ex minoribus vasibus in majora inanita faciliter diffundit & circularem motum alacrius redintegrat. Quibus probatur crebriorem V. S. & ad febres disponere, & reiteratione quandoq; opus habere, Lucem his affundit Cl. Willistius observatio, recensentis, quod sanguine ad plethoram evitandam emissa reliqua massa citius ad plethoram assurgat, nec verendum esse, ut cruentis penus crebrâ phlebotomia absumatur; sanguinem enim intus detentum prioris loco sulphure pinguisco magis saturati, Cu-

M

jus

ius phænomeni causam esse puto aliquam lymphæ visciditatem, ob distinutum sanguinis motum per V. S. Instar Juris carnis vitulinæ facile in gelatinam crescentis, unde ramosæ partes in cumulum collectæ pinguedinem constituunt. Ipse vero sanguis angustioribus ob fortiorem pressionem vasorum coercitus limitibus, ab æthere vehementer agitatus novam mentitur plethoram, novosque temporis successo cudit morbos: Qui enim subito pinguelunt, plerumq; brevioris sunt vitæ, aut ad minimum valetudine minus prosperâ fruuntur.

§. 20. Venæ sectionis ustum supplant Hirudines & cucurbitæ; illæ vasæ languiferis iu locis minus carnolis, hæ carnosis & musculosis partibus admoventur. Putant vulgo, per scarificationem sanguinem subter cutem evacuari, per phlebotomiæ autem sanguinem venosum immediate emitti: Enim vero nullibz sanguis extra sua vasæ in statu naturali re-

petitur: unde illud inter utrumque cruentum intercedere discriminis existimo, quod videlicet per V.S. è vale majori extractus plures sanguinis partes constitutas contineat, alter autem ex minutiorebus canaliculis excullus pauciores habeat.

§. 21. Tandem & hoc adhuc addendum, minus rectè dici sanguinem à cucurbitulis attrahi, nihil enim propriè attrahit, sed impellit, quod in physica docemus. Res eo tendit, quod cucurbitula, acce intus rarefacto cuti admota, ab ambiente fluido versus cutem prematur, cum interior aët, immutatus vi ignis, hoc que evanescere iterum condensatus viribus exterioris ambientis non æquipollat. Ergo cutis ab ora vel margine cucurbitulæ libera minus nunc presa cedit & in altum elevatur, atque sanguini fortius quam antea presso liberata per inficta vulnera concedit transitum.

## C A P U T VI.

De

### Repulsione.

§.

**N**emo meo quidem judicio erit, nisi partium addictas studio, & prædicti funibus constrictus, qui inficiabitur, hanc indicationem in generis humani perniciem ruinam & detrimentum & economie animalis extogitatam esse. Quicunque enim sanæ adhuc mentis integrum progressum attente mecum pendere velit, illico animadixerit, opera-

tionem hanc legibus circulationis directæ & in totum contrariari, quod breviter sed solidè demonstratus sum.

§. 2. Suppono autem ab omnibus hodie concedi, humores inflammationis cujusvis auctores cum sanguine arterioso ad partes solidas deferti; qui si ob expostionem, ut alterius progressi nesciat, nec iter suum emetit, ibi restagnabunt, dum in-

interea à tergo sequentes & singulis pulsibus accedentes molem ejus valde adaugebit & tumorem producet. Ex mente veterum nunc dicendum est, humores istos affluentes repellendo esse. Cui indicationi satisficeri posse per repellentia in morbi principio mature adhibenda confidunt, nec calor innatus partis inflammatæ ob affluxum humorum penitus suffocatur & extinguitur, ipsaque pars tumida emoriatur. Fas hæc jam omnia ita se habere, per quas quæsio vias humorum affluentes vis repellere & an per arterias? vim facies naturæ, & contra torrentem brachia diriges, quippe haec nihil revèhūt. An per vasa lymphatica? sed sanguis numquam per hæc remebit nec illa ingredi poterit. Ergo per venas? Verum quomodo tanguinem juxta tuam lentitudinem extravasatum iterum impelles venis? quem non celolvere aut venis impellere, sed repellere, ut per viam per quam accessit regredi cogatur, allaboras? Quomodo frigidis tuis repellentibus, quorum est humorum figere, in spissate & condensare, succum hunc retroite cogenes? Inarem profectò Iudis operam remedii, quæ nihil auxiliū sed multum noxæ & danni promittant. Rem exemplis declarabo. Si equus sub ephippio calcaribus agitatus valde incallescat, atque ephippium in jugo vel alia aliqua parte nimium premit lùbjectam cutim & carnem, humoribus circulatoribus tunc torrentis instar angustissimos ductus & canaliculos permeantibus remora iniicitur, ut illò in loco pati alacritate progrederiqueant: Itaque segnius promoti quamilli, qui continuo à tergo se pauntur, tumorem excitant, qui, si durante illâ humorum agitatione ephippium

removeatur, & aer frigidus admittatur, in momento ferè mirum quantum accreti cit, & nisi prudenter tractetur, usq; adeo intenditur, ut tandem in gangrenam degeneret, non nisi ferro curandam. Duo autem hic præcipue observatu sunt dignissima, quorum primum est, ut Ephippium dorso equi impositum relinquatur, donec humorum ferocienes & agitati paululum subflederint & a citatori motu cessaverint. Hoc enim neglecto etiam tumor subitanus saepius exoritur, quamvis in ablazione ephippii nihil in soliti observaveris, tantum nempe periculum imminet à frigidis. Alterum est, ut parti inflammatae spiritus vini, aut urina, vel alumen cum albumine ovi, vel muria illicè imponatur, quo scilicet obstrucçio tollatur & lymphæ reliquisque succis fluiditas & motus progressivus restituatur. Sed quid tu in humani corporis partibus inflammatis molitis? mileris afflictis ejusmodi ad moves remedia, quæ nec robustissimi etiam equi externe cura vita periculum ferre possunt: Omnia enim repellentia, quæ cum frigidis pari passu ambulant, succos resurgentes ravigi signi, sanguinem ex-traversatum magis sedurant, sicque huic negotio consuendo plane inepta sunt. Deinde ira prudenter protegat ageres, si fœnum madidum ob internam effervescientiam nimium in calescens, arctius includeres vel exteriōres meatus magis occluideres, sic enim brevi in puttilaginem abiret; Quibus exemplis cum inflammata parte corporis humani comparatis ignorantia nebula & prejudiciorum tenebras sponte evanescunt.

§. 3. Sunt tamen qui excipiunt. Alumen ovi repellere: alumen eundem edere

edere effectum; & fuisse, qui aquâ frigidâ parti contusæ admodum inflammationem impediverint. Diluo illa, dicendo alumen frigidis suis particulis humores viscidos atenuare, & saturnini acidum absorbere; ipsum albumen ovi æcis accessum impedit, inflammatum partem favore, sale volatili deobstruere; aquam autem juuisse

humectando & temperando salia, vel impediendo quod minus sola materia primi elementi perniciissimum suum motum exercuerit. Cæteroquin abunde satis constat, quam infelici successu frigida & repellentia in usum vocentur, cum seirthum indomabilem vel gangrenam excitare apta nata sint.

## C A P U T VII.

De

### Intercipientibus.

§. I.

**I**Neodem hærent cum repellentibus iu. ô decantata illa in *intercientia*, quibus chirurgi superbiunt, eaque non procul à parte inflammat ad intercipiendum humorem affluentem imponere jubent. Cum enim æquæ ac priora obstructiones pariant, & humores in motu sistant, eadem censoriâ virgulâ digna esse statuimus. Plus profecto ejusmodi remedia moxæ quam præsidii adferunt, sanguis quippe noster reliquique succi in motu progressivo non impediti nunquam frœnô, sèpius autem calcaribus indigent.

**S. 2.** Ubi item ad Experientiam rerum omnium magistram configunt, prætendentes, fortunatos intercipientium successus tota die observari. Verum

& hunc solvo nodum. Largior, quod in *tercientia* dicta humores ob denegatum latis alacrem motum progressivum legnius quidem progredientes, nondum autem inflammatos, ita disponant, quod minus ætheri peregrino auscultent, aut fermentativum motum statim consentiant. Quamvis & hoc sub considerationem medicam eadat, quod plurima ex *intercientum* familia nequaquam obtineant vim stypticam, adstringentem aut incrassantem: sed quod contrarium plane edant effectum, salibus suis tubulos obstructos referando, lympham acidam corrigendo & viscidam attenuando, de quibus plura capite de *Medicamentorum facultatibus*.

CAPUT

## C A P U T VIII.

De

*Humorum restagnantium discussione, emollitione  
& suppuratione*

§.

L.

**T**otum Curationis negotium in eō consistere videtur, ut scilicet pori aperiantur, fibra strīctæ relaxentur, tubuli referentur, & lympha restagnans attenuetur modesteque discutiarat, quod *emolliens* & *discutientia* dicta præstare solent, si diligenter & mature admoveantur. Verū si opus ex voto non succedat, vel de resolutione & discussione desperes, deveniendum est ad *suppurantia* dicta, quæ non solum emolliunt, sed etiam conficitum alkali cum acido adaugent, ut

ruptis canaliculis & fibris pus quō datus exitu extrahi possit.

§. 2. Antequām tamen ad illud deflabamur extēnum ipsius humoris restagnantie indoles & natura sedulo erit indaganda, ne salia admodum acria & corrōtiva si quæ sunt compedibus suis liberassemus. Nam hæc juris sui facta post modum depascentia & insanabilia excitant ulcera, vel cancri exulcerati auctores existunt. In tali enim calo-suppurantia sensim per pessimè cedunt.

## C A P U T IX.

De

*Tollenda Cacochymia per Vomitum.*

§.

L.

**Q**uemadmodum *Plethora* venit se-  
tationem & alia sanguinis quantita-  
tem imminuentia præfidi expedit; ita *caco-*  
*chymia* sanguinis & humorum à san-  
guine dependentium depurationem per  
evacuantia, & eorundem per alterantia,  
absorbentia, introvertentia, obtundentia,  
& præcipitantia conrectiōnem indicat.

§. 2. Instituitur autem illa *evacuatio*  
vitiosorum humorum nunc per vias pu-

blicas, nunc per privatatas. Exsurgit in diuisiō evacuantium in universalia & par-  
ticularia. Illa per gulam & os, alvum, ves-  
cam urinariā, cutem & glandulas salivales  
humores exterminant, & *emetica*, *pur-*  
*gantia*, *diuretica*, *diaphoretica* & *sali-*  
*vania* vocantur. Hæc uni vel alteri cor-  
poris nostri parti magis sunt dicata, quali  
interrhina sternuntaria, apophlegmati-  
fansiæ, expellentia, vesicantia &c.

M 3

§. 3.

§. 3. *Emetica de quibus nobis nunc sermo erit, illos præprimis evacuant humores, qui in cavitate ventriculi continentur.* Deinde quia glandulas arteriarum extremitatibus appensa convellunt, excutunt etiam humores & succos in ventriculi tunicis, & in glandulis hepatis, pancreatis, duodeni, tracheæ & gulæ contentos.

§. 4. *Operandi modus dependet à sale plus minus acri & volatili, fibras ipsas modicè vellicante, ut à fundo ventriculi versus superius ejus orificium & abhinc per tractum gulæ ad fauces usque contrahantur.*

§. 5. *Sal illud manifestum est in vi trolo vomitivo; in antimonio aurem ab effectu & præparationum circumstantiis probatur.* Nam sic juxta operatio nis processum præparato tanquam magis fidus & tatus longè præseritur, cum ille dubie sit operationis, & vel nihil vel nimium operetur: hic nunquam fallat.

§. 6. *Dividuntur in mitiora, media cria & fortiora.* Mitiora carent vomitus gravando & fluctuando, quibus subinde pro stimulo sal additur, v. g. decoctum hordei, ol. olivarum, butyrum. Media crias sunt Juli sambuci vernales, radix alata, vitriolum vomitivum, & qui cœteris omnibus palmam præripit tartarus emeticus *Mynsichtis à Cl, Ludovici correctus,*

*Fortiora pro theoriâ non pro praxi anno-tamus, vitrum scilicet antimoniî, crocum metallorum, mercurium vitæ.*

§. 7. *Tartarus emeticus Ludovicianus* hic est, p. croc. metall. optim. edulcorat. tartar. a. p. æqual. infund. in  $\nabla$  calida per triduum in loco calido, agitentur saepius, de in coque ad tartari solutionem, filtrantur calidè: permitte filtratum liquorem exhalare ad dimidium: dein repone ad crystallandum, quod spatio 24. horarum fieri. Datur in infantibus à sexta vel à quartâ parte unius grani ad tria vel quatuor grana: & juxta *Mynsichtis* opera-  
tio nis processum præparato tanquam ma-

gis fidus & tatus longè præseritur, cum ille dubie sit operationis, & vel nihil vel nimium operetur: hic nunquam fallat.

§. 8. Non inferioris conditionis est pulvis emeticus correctus *Zwölfferi*, præterim si vis antimoniî affusa aqua non penitus tollatur, sed vis emetica refracta & vis diaphoretica conjungantur, hoc enim modo habebis emeticodiaphoreticum haud contemnendum, quô & in me ipso & in aliis felici cum successu usus sum. Paratur autem talimodo: p. Vitr. 3ij. sine additione ad mentem autoris parat, 3xij. Nitti puriss. 3ij. Singula prius seorsim in pulverem redacta, commisceantur exactè, post collocetur olla, non vitreati initia carbones accensos vel ardentes, cui, si candet, de superiore pulvere cochlear unum post aliud pede tentim inspergatur, donec omnia paulatim immissa & cuncta facta sint; remora dein ollula ab igne, & refrigerata, materiâ que lava veluti vel albicans appetet, pulve risetur, & cum aqua repidissimâ, non ca lidâ

lidâ nimis aut fervidâ, quod studiosè obseruandum, secus vis emetica ejus tota tollitur, )ed dulcore tur, & quidem confestim, ne diu aqua immersa materia edulcoranda hæreat, sed quamprimum fundum petierit pulvis, aqua ab eo decantanda ac pulvis impalpabilis siccandus est. Observandum etiam quod ponderosior ejusdem pulveris particula, quæ illic in edulcoratione dum aqua cum leviori magis & impalpabili pulvere decantatur, fundum peuit, separanda sit, ne pulveri impalpabili permixta maneat. Dosis à gr. XV. ad 3j. pro adultis, cum unciiis circiter tribus vini ferventis in fusum per noctem, quod vinum manè à residente pulvere clarum decantari aut filtrari poterit, pulvere in fundo relictio: junioribus vero 3j, cum vini 3j; infantibus autem aliquot grana cum 3j ad 3j. vini ferventis infusa sufficiunt. Vidi medicamentum hoc post tres vomitiones, largissimos sudores in lecto excitasse multo cum levamine.

§. 9. Emetica quæ præservationis gratia assumuntur, nullo anni tempore commodiū dantur, quam *vertali*, quod tempus præ ceteris, magis medicum est. In ægrotantibus quovis autem tempore si utilia censentur exhiberi possunt.

§. 10. Facile autem vomunt infantes,

& quibus os & ventriculus minori distant i patio.

§. 11. Phthisicis convenient emeticæ in principio, quia hic morbus sepiissime radices tuas habet in primis viis. Post ubi in malo desperato suffocationis periculum ex putis intus contenti copia imminet, itidem licebit propinare vomitorium.

§. 12. Magnæ quoque efficaciaz ha-bentur in febribus tam continuis quam intermittentibus. In illis statim in prin-cipio & primo accessu: in his tribus vel quatuor horis ante paroxysmum prude-ter sunt exhibenda.

§. 13. In capitis dolore ex consensu, vertigine biliosa, apoplexia humorali, epilepsia, asthmate stomachali, cruditate cum acidâ tum biliosa, emetica omne ferunt puerum. Hanc in rem commen-tatur Hippocrates. Non fabrictant, dicit, eibi fastidium, oris ventriculi morsus, vertigo tenebrisca & oris amaritudo purgatione per superiora opus esse signifi-cant.

§. 14. Sed illis, qui obesi sunt, aut pletho-rici, vel passionibus hysteris obnoxiae, minus tuò dantur. Nocent hæmoptoi-cis, vulneratis, herniosis, & quibus ulce-rosa sunt viscera.

## CAPUT

## C A P U T X.

De

## Eccoproticis &amp; lenientibus.

§. I.

**C**acochymia plerumque suos habet natales in *cacochylia*, quæ in eo differt à cacochymia, quod hæc sanguini, illa chylo in primis viii contento, insit. Deinde aliud adhuc intercedit discrimen quod videlicet cacochymia ejusmodi purgantibus, quorum vis se per totam massam sanguineam extendit, expurgeatur; *cacochylia* autem non nisi *lenientibus* expugnari possit. Suadent sanè usum *lenientium* eorundemque necessitatem inter alia commendant etiam illi morbi, in quibus sèpius de purgantibus vehementioribus vix cogitare licet, quales sunt omnes febres inflammatoriar, morbi puerarum, & vulneratorum symptomata, aliaq; in quibus tamen alvi fluiditas & primarum viarum lubricitas non minus necessaria judicatur. Accedit quod multi reperiantur, quorum nec sanguis ob dyscrasiam, nec ventriculus ob cruditatem acido austera, purgantia beneferat, & quibus non nisi *eccoproticis* in medium consulere possumus.

§. 2. Dicuntur autem *lenitiva* omnia illa quæ emolliendo & humectando successores fluidiores reddunt, fibrarum tensio-

nes relaxant, & lympham acidam blandè abstergunt, atque humores in primis viii hærentes citra magnam exagitationem subducunt. Quamvis enim & inter *lenitiva* quædam sint, quæ suo sale irritativo gaudeant, illud tamen usque adeò debile est, ut in primis viii omnem suam vim amittat, & non nisi refractum & obtusum ad sanguinem deferatur.

§. 3. Præterea illa etiam *lenitiva* dicuntur, quæ citra fermentationem intestinalem fistulam irritant ad excretionem, & per quorum poros talis fluit æther, qui à poris sanguinis vel plane non vel falcem non multum abludit.

§. 4. Inter usitatoria *lenitiva* recententur passula, pruna, malva, beta, atriplex, althea, mercurialis, asparagus, endivia, brassica, spinacia, flor. rosarum, violarum, & infusa ex his parata, infusum thee, decoctum tamarindorum, oleum olivarū, amygdalarum, tremor tartari, tinctoria tartari. Quò spectant enemata domestica ex lacte vel jure cum melle vel saccharo, ex decocto emollienti cum sale, cum oleo lini, sapone, siccibus cerevisiæ & aliis.

CAPUT

## C A P U T XI.

De

## Humorum preparatione.

§.

I.

**I**ntra Hippocratis precepta medica haud postremum est, quod humores expurgandos prius fluidos reddere juber. Si enim hoc saluberrimum monitum suscipi deinceps habuerimus, & illotis quod dicitur manibus ipsis utamur purgantibus, nunquam ex voto operabuntur, cum loco humorum vitiosorum boni, quia illis fluidiores sunt, è sanguine derubentur; vitiosi enim ob cruditatem & meatuum in arteriarum extremitatibus reliquisq; canaliculis obstructionem vim medicamenti elidunt; sicque à scopo aberrabimmo, cum illud non expurgeatur, quod expurgari debebat.

§. 2 Itaque nec scopis dissolutis rem agamus, aut in aëre plicemur, omnis ed intendenda erit cura, ut concocta non cruda moveamus, eaq; evacuentur, quæ evacuari debent.

§. 3. Consistit autem cruditas humorum vel in sale acido fixo, vel in acido austero aut amaricante: vel in visciditate & glutinositate. Hæc quippe obtundunt vires purgantium, corundemque efficiunt tremorantur, nisi prius preparantibus & digestivis ad actum purgatorium citè præparentur.

§. 4. Hoc ergo loco digerere & preparare nihil aliud erit quam viscidâ attenuare, acrida temperare, salia diluere,

invertire, obtundere, absorbere, concentrate,

§. 5. Ab his non differunt, quæ vias permeabiles reddunt, quatenus mucum, contextum glandulosum hinc inde obstrictum, incident, vias obstructas reseuant, & cum preparantibus pati passu ambulant.

§. 6. Quamvis autem longa illa series, quæ preparantia in Practicorum libris ex more solenni & quadam quasi pompa proponuntur, speciosa magis quam utilis sit; dabimus tamen catalogum preparantium & digerentium medicamentorum, quatenus uni humoris magis dicata sunt quam alteri.

§. 7. Nempe Pituitam dicimus præparari ab attenuantibus & modice calefacientibus, qualia sunt potus Theæ, salia tam fixa quam volatilia oleosa, olea destillata aromatica, spiritus talis armoniaci temperatus, liquor Cornu cervi succinus, aquæ aromaticæ & carminativæ. De calidioribus tamen observari velim, illis semper largius associandum esse vehiculum, quò incidente non tantum dissipemus, sed etiam diluamus; hoc est lympham glutinolam fluidorem reddamus.

§. 8. Bilem præparant omnia quæ salia diluunt, nam morbi ex bile reverâ sunt ex sale; talia sunt serum lactis vel simplex vel tamarindinatum, aut succis

N

exal-

exaltatum emulsiones, opiata, testacea.  
Caffè.

§. 9. *Humorem melancholicum præparant antiscorbutica, martialis, Cinna-barina, acidulæ, liquor tetræ foliatæ, po-tus Thee, salia fixa, carminativa, balsami-ca : Et hæc acido vitiæo corrugendo & præparando quoque suæ dicata, modo liquida illis largius superbibantur.*

§. 10. *Sæpius ipsis præparantibus ali-quot grana cathartici admiscetur, quod fermentatio inchoetur & purgans post tridie vias non solum patulas, sed sanguinem paulisper in compage referatum in-veniat.*

§. 11. *Pro exemplo sint sequentes for-mulæ.*

℞. Salis volatilis oleosi stomachal. ʒi. S. digestiv vor etlich Mahl.

℞. Liquor. Corn. cerv. succinat. Spir. cephal. an. ʒβ. milce. signetur ut ante.

℞. fœcul. bryon. ʒβ. arcan. duplicat. gr. IV.

℞. armoniac. depurat. gr. iiij. f. pulvis pro una dosi.

℞. Martis sulphurat. gr. iij. Lapid. Cancror. gr. xij.

Antimon. diaphoret. gr. viij. Ol. Carvif. j. f. pulvis.

℞. Antihætic. Poter. ʒβ. S. ut ante. R. Essent. Carminat. Wedel. ʒi. Martis.

Liquor. terr. foliat. an. ʒj. misce. S. di-gestiv pro duabus vel tribus do-sibus.

R. Gum. ammoniac. ʒj. Martis sulphurat. gr. xij. f. Pilul. pisi Magnitudine S. præpariente pil-len.

℞. Crem. Tartar. gut. xij. pulv. radic. laxat. gr. viij. Ol. Cinam. gl. j. f. pulv. pro una dosi.

R. Tartar. Vitriolat. gr. xij. Resin. Jalapp. gr. iiij. Ol. balsam. indic. gut. j. f. pulvis ut ante.

## C A P U T XII.

*De*

### *Actu purgatorio & Purgantibus.*

§.

**A**ctus purgatorius est actus quidam febrilis, live motus intestinus vel fermentativus, in quo sanguini nova & insolita fermentatio inducitur, & quâ præviâ plurimæ partes heterogeneæ ad glandulas stomachales amandata vomi-tum, aliae ad intestinales à Celeberrimis Vitis Hardero, Brunnero, Pejero accuras-

tissimè descriptas depositæ & præcipita-tæ, vel per hepatis & pancreas eò transla-tæ, diarrhoeam excitant, & foras elimi-nantur: aliae per vias urinarias educun-tur: quædam subtiliores ad ambitum corporis deferuntur, & vel per fa-livationem, vel per sudorem excre-nuntur.

§. 2.

§. 2. Operandi modus consistit in turbatione mixtionis sanguinis, & fibrillarum intestinalium contextusque glandulosi irritatione, facta à sale quodam plus minus acri & corrosivo, nec non insuetu athere, quem purgantia secum ve-hunt à sanguinis æthere abludente.

§. 3. Hæc est vera purgantium analysis, unde merito ad Empirica etiam referuntur remedia, quæ aut juvant aut nocent, & quæ nunquam sine turbatione mixtionis sanguinis suos fortunt efficiuntur. Hinc palam fit, quæ amoenimes quotidiæ ab imprudentioribus in foro medico comittuntur purgantibus errores; cum mos inoleverit, ut in quoctunque morbo initium fiat purgatione, imò ab ipsis ægotantibus promiscue expectantur purgantia, quasi his morborum semina expurgari & sanguinis mixtio restituui possit.

§. 4. Tantum enim abest, ut purgantia cruditatem corrigan, aut tutam mixtionem sanguini restituuant, ut potius utramque non patum audaugeant, tum quod chylificationem in primis viis turbent, tum quod peregrinum ætherem adducendo particularum sanguinem constituentium situm & ordinem (quod præcipuum est sanitatis monumentum) pervertant, imò sèpius evertant. Quare autem ad purgationē tanquam salutis anchoram confugiant ad unum ferè omnes, id ob radicatum quoddam præjudicium fieri mihi quidem videtur; dum plurimi persuasum habent, morborum semina esse visibilia, & peregrina illa fermenta feliciter per alium quam per alias vias expurgari, nullo vero modò corrigi posse. Sic non raro productum morbolum

cum causa morbi confundunt, neq; animadvertisunt, humores, qui cathartici ope excernuntur, plerumque purgantium esse progeniem: cum tamen experientia testetur, quod ipse Helmontius quoque annotavit, Cathartica non semper aut solummodo humores in corpore priùs existentes educere, sed potentia suâ corruptivâ depravatos efficere. Nempe scire juvabit, plurimi morborum curationem in eo consistere, si videlicet particulae sanguinem constituentes iterum in ordinem redigantur, earundemque figuræ invertantur, quippe à mixtione particularum secundum minima sanguinis crasis dependet. Verum neutrum præstant purgantia, quæ illud quod turbatum & è situ suo emotum est evacuant, id quod tamen retineri & reponi atque ad pristinum statum & figuram reduci debebat, unde perfecto actu illo purgatorio postmodum mixtionis restitutio difficilius instituitur.

§. 5. Deliberandum autem diu, quod statuendum semel. Neque solum illud expendendum est, an purgatio indicetur, verum ad omnes quoque circumspiciendum est circumstantias, an forte aliquid reperiatur, quod impedimento esse possit, quo minus Medici votum expletatur, aut ipsum pharmacum tuto operetur. Eum in finem permittentia & prohibentia inter se sunt conferenda & prudenter expendenda. Nempe 1. attendendum est ad vires, quæ si valde attrita sint, prohibent purgantis usum, ne vitalis fermentatio penitus à peregrina destruatur. 2. Æstatis habenda est ratio: Nam iofantes & senes non bene ferunt purgantia, præseriū fortiora 3. Crasis sanguinis cœtorumque succorum aquâ exploranda

est lance, ubi enim fermentescibiles humores primas occuparunt vias, ipseque sanguis multis hæterogenieis lateat particulis alium ætherem & à consueto abludentem facile admittentibus, etiam à mitiori aliquo purgante produci potest hypercathartis. 4. Morbi indoles est consideranda. Sic in acutis & puerperatum morbis vix cogitare licet de purgante. Rarius etiam purgandi sunt scorbutici & hydropticæ; Vulnerati, gravidæ, hecstici, phthisici nunquam. In febribus intermittentibus nunquam evacuato à sanguine turbato indicatur, indicatur tamen subinde à saburra in primis viis delitescente, hinc si tum in his tum in antea enarratis aff. &cibus movendum quid sit, fiat id tantum lenitivis & eccoproticis, nunquam autem Catharticis in specie sic dictis. Dandum tamen s. aliquid consuetudinis; qui asueti sunt pharmaci totius purgantur. In non asuetis negotiis vix sine labore in modo quandoque cum peticulo conficitur. Fieri potest, ut in parte aliqua solida malignum fermentum plures per annos deliterit soplitum, quod nunc à cathartico excussum sanguinem usque adeò potenter turbat in mixtione, ut tota massa sanguinea fatiscat, & vites brevi temporis spaciò diffundant, ipsaque mors sequatur. 5. Mulieres nunquam fortioribus exagitandæ sunt pharmaci ob copiam acidi austeri in primis viis restagnantis. 7 Luna phases quoque sunt observande, mos enim ita fert, ut de crecente luna propinclus pharmaca cathartica, quod humores eò tempore facilius auscultent. 8. Repercindendum ad anni tempora. Ante canem & sub cane difficiles sunt purgationes; tuncius vernali tempore exhibetur.

§. 6. Dividuntur purgantia in mitiora, mediocria, & fortiora. Mitiora sunt, quæ vim suam in corde amittunt, Mediocria, integris vitibus cor transiunt, & in sanguine demum superantur. Fortiora omnem elidunt languinis fermentationem & in ipsis partibus solidis humores fermentant. Mitiora primam expurgant regionem, Mediocria cor subeunt & vas sanguifera. Fortiora succos in canaliculis & tubulis minutioribus attingunt, contextum vasculosum convellunt, statina abradunt, & de ipsa substantia quid secum revehunt.

§. 7. Tres veterum regiones stante sanguinis in circulum motu non admittimus. Quod per os assumitur languinem fermentare nequit, nisi sanguini confundatur & cum eo circulum ablolvat. Neque aliquid in Hepate fermentationem producit, nisi prùs cum sanguine eo deferatur. Hinc statuimus cum B. Craanenio, quod prima regio incipiat in ore & terminetur in corde. Secunda in corde incipit, & vasis capillaribus limitatur. Tertia partibus solidis circumscribitur.

§. 8. Postò dividuntur purgantia intuitu humorum evançandorum in Cholagogaphlegmagoga melanagoga, hydragoga, & panchymagoga, quia sub tot diversis schematismis humores conspectui sistent. Cujus divisionis fundamentum non in vi quadam electiva, attractrice aut occulta, sed in vi fermentativa & ipsius fermentationis arque attenuationis gradu consistit, quò enim humores potentius incidunt & attenuantur: eo fluidiores sunt. Quò salis magis diluuntur sero, ed fluidiora. Quò plus chyli, lymphæ, vel mucii in primis viis abstergitur, aut è cladulis emul-

emulgetur, et viscidiora erunt excreta. Quò plus succi pancreatici & bilis emulgerur, et actiora erunt excreta; quæ omnia à fermentationis gradu potissimum dependent.

§. 9. Aliquod tamen inter ipsa purgantia ratione ætheris notatus dilectum, aperte lipo nostro conducens. Particula catharticae eas sanguinis partes facilius movent secumque abripiunt, quæ ipsis non tantopere contrariantur; quales sunt quæ eundem ferè admittunt ætherem, simile enim gaudet simili, & in eo vera illa vis specifica & electiva consistit. Nam si æther sanguinis nostri in actu illo purgatorio fortior sit, secretas ope peregrinæ fermentationis à pharmaco inducet particulas, & particulis medicamenta adhærentes, ad intestina præcipitat, sic ut in cerevisiæ fermentatis & ipsum fermentum, quo fermentatio fuit inchoata, & omnia quæ motum intestinum sequi nesciunt, versus ambitum protruduntur, ita tamen, ut graviora ex gravitatis legi descendant. Quo unico observatis illa electiva attrahit aut expultrix, quam veteres purgantibus affinxerant, revelli potest.

§. 10. Enim verò nolim existimare, humores quos in actu purgatorio excerni videmus, tali tub formâ in corpore nostro præexistisse, cum ex variis generis humorum affluxu & confusione in ipsis intestinis nascantur. Neque absurdum mihi quidem videtur, statuere, unum idemque medicamentum, quod in hoc subiecto est cholagogum, in alio posse esse hydragogum aut melanagogum, & rhubarbarum in uno blem evacuate, in alio puitam vel serum, prout nempe ipsis hu-

mores diversi mode erunt constituti, atque sanguinis consuetus æther plus minus potens aut debilis fuerit: id quod ratione non solum, sed ipsi etiam experientia magis consentaneum videtur.

§. 11. Plura quidem sunt, quæ in purgantium catalogo recensentur. Verum cum etiam paucis rem hanc expedire, & quod dicitur unâ fideliâ duos dealbate possimus parientes hâc vice tertia & usitatoria enumerabo; Initium autem faciam cholagogis, inter quæ sequentia sunt præcipua. Manna, sfr. flor. perficor. sfr. rosar. fol. S. &c. sfr. de cichor. c. rheo, rhubarbarum, scammoneum, electuar. de tamarindis c. fol. senn. electuar. è succo rosarum, extractum diaetari.

§. 12. Manna hoc cum omnibus dulcibus Commune habet, quod cum humoribus actioribus facile fermentat, unde intus assumpta in hypochondriacis & hysterics inflationes, vomitus, & cardialgiam subinde excitat, non culpâ sui sed culpâ liquaminis in primis viis stagnantis. Datur vel sola in pulce, jure, decocto prunorum, vino, vel aqua destillata soluta à 3j. ad 3ij. Additur tartarus pro stimulo, quem in finem prostat in nonnullis officiniis manna tartarifata, vel tabulata dicta, cuius 3j cum vino dissolutæ purgans satis gratum constituunt. Dn. Managetta Casarea Majestatis Medicus suavissimam odore & colore se commendantem potiunculam paravit ex manna, cuius hæc apud cl. Hoffmannum est descriptio. §. Manna elect. Calabrin. 3j. crystall. tartar. 3j. solve in calore MB bene muniti cura aqua fontana acidulae 3iv. adde parum succi granatum

zorum vel citri recentis, aut spiritus Martis striati pro grata aciditate. Tandem cum albumine ovi clarifica & per chartam filtra; denique cum corticibus citri recentibus vel cum magisterio cinamomi fiat odor & gustus suavis. Dosis à ʒij. ad ʒiv. vel ʒv. Nonnullis in usu est sirupus de manna, medicamentum evacuans infantibus & delicatulis appropriatum; datur ad ʒij.

§. 13. *Cassia*. Catharticum antiquis usitissimum in calculo & gonorrhœa, sed cum paulo sit viscidius, & ingratis coloris, ejus usus frequentior exspiravit. Sunt tamen, qui in alvi terminibus infantium commendant, & à ʒij. ad ʒj. vel ʒx. addito in adultis rhabarbaro exhibent, datur commodius in forma boli, cum obtenacitatem vix in vehiculo propinari possit.

§. 14. *Electuarium de Tamarindis cum foliis sena*. Datur ad ʒx. cum aqua Cichorii dissolutum addito tantillo cromoris tartari & siripi de cichor. cum rheo ʒβ. vel ʒvj. convenit egregie in morbis ex sale sive bile oriundis. Laudatur quoque in contumaci alvi obstructione una vel altera horâ ante prandium nucis moschatæ magnitudine alternis diebus sumptum. Dicatu videtur hypochondriacis, scorbuticis, hystericis & febricitantibus.

§. 15. *Siripi cholagogi* dantur à ʒij. ad ʒij. vel ʒij. *Platerus* celebratissimus Practicus ejusmodi sirupos julabiis febricitantium super addit, & horum beneficiò alvum fervavit lubricam.

§. 16. *Electuarium è succo rosarum*, pharmacum palato gratum, datur à ʒij. ad ʒβ. Vim suam potissimum mutuatur à scammonio, adeoque in eo quidem mi-

nus tutum est, quod ob commixtionis varietatem subinde portio reperiatur, in qua abundet scammonium, dum in alia planè deficiat & sicut illa nitrum ita hæc nihil operabitur. Idem esto judicium de diacydonis laxativis.

§. 17. *Rhabarbarum ratiùs* quidem in substantia nostro hoc tempore solum exhibetur, interim tutum est medicamen ad ʒj. vel ʒβ. in forma pulveris exhibendum. In infuso vel decocto sufficit quoque ʒj. ad ʒij. cum facile vomitus creat vel saltem nauseam pariat. Ejus textura recluditur sale tartari, cum quo eleganssima tactura interveniente humido extrahitur, influxu hæmorrhoidum proficua si ad cochleare unum sèpius exhibeat.

§. 18. *Aloe* amatitudine suā primis viis accommodatissima datur in forma pilulari ab aliquot granis ad ʒβ. vel gr. xv. abstergit mucum stomachalem & alvum blandè relaxat. Præprimis si liquor martialis largitè superbibatur, unde in accidularum ulo famam promeruit. Basis plerumque est omnium pilularum familiarium, quales sunt *Francofurtenses*, *Glassiana*, *Conerdingiana*, aliæque. Sunt quibus male audit aloe, ob nescio quam vim hæmagogam. Sed terror iste panicus est, si enim fluxui sanguinis obnoxia aloe nocet, est à sale amaricante. Quod autem crebrior ejus usus hæmorrhoides aperiat, id incidenter & per accidens fit dum lympham in tubulis, circa anum regnamentem, propellit & sanguinem in vasis ledilibus attenuat & incidit, sed cum hic ob contumaciores obstructions regredire nesciat, quā datā viâ foras erumpit; Ex aloe egregia essentia amara pro usu acidu-

acidularum paratur, in morbis chronicis à visciditate succorum oriundis magnæ efficaciam, quam Magnus ille Medicus Zellensis, Dn. Theodorus Conderdingius Consiliarius & Archiater Luneburgicus sive in aylorū, & in cineribus mihi semper colendus, mecum dum viveret et amicè communicavit. Cœterā quæ ex aloë parantur, qualia sunt elect. hier. pier. ele-  
etuar. Caryocostin. & alia lubens præ-  
reco, cum antiquitate obsoleverint, nec  
palato amplius arrideant.

§. 19. Extractum diacitri, egregium pharmacum, sapore gratum, nec mole molestum. Commendavit illud mihi Celeberrimus Reiselius, nunc Consiliarius & Archiater VVurtenbergicus Meritis-  
simus Fautor & olim Collegamens hono-  
ratissimus, à quō tempore unicō hoc fere purgante in plurimis morbis nunquam non felicissime usus fum. Dosis ejus est à 3j. ad 3iv.

§. 20. Scammoneum quod correctum diagrydiū vel dactydiū vocatur, phar-  
macum est potentissimum, hinc non nisi pro stimulo ad aliquot grana aliis benignioribus commiscetur, E quidem non sum neclius, esse & inter modernos, qui acre hoc evacuans largiori exhibent dosi. Sed cui quælo bono te præter omnem necessitatem exponis pericolo? dubiaz plenum opus aleæ tractaturns.

§. 21. Post cholagogā ordine sequuntur Phlegmagoga, nempe agaricus, me-  
choacanna, gummi ammoniacum, tur-  
bith, semen carthami, extractum diacar-  
thami, trochisci albandali.

§. 22. Agaricus cum levior sit, in sub-  
stantia rarius vel nunquam exhibetur; in  
infusis autem decoctis & speciebus pro-

vino medicato sibi crebrius vindicat lo-  
cum: Præscribitur ab aliquot drachmis  
ad 3vj.

§. 23. Mechoacanna datur in substantia  
ad 3j. vel 3j. in decocto ad 3ij. eligatur  
autem recens non cariosa, & cum lingui-  
am non afficiat, ipsis etiam infantibus in  
pulte faciliter exhibetur.

§. 24. Gummi ammoniacum ingratum  
est saporis, & in forma liquida non nisi  
cum nausea assumitur. Qua propter con-  
sultum magis erit, illud in forma pilulari  
præscribere, Datum à gravis v. ad 3j. vel  
3j. & uno vel altero grano trochilco-  
rum albandali exaltatum blenniam in pri-  
mis viis ex voto abstergit; hinc spleneticis  
& scorbuticis commendatur.

§. 25. Turbith in forma pulveris ad 3ij. in  
decocto vel vino medicato aliis purgan-  
tibus associatum ad 3ij. exhibetur.

§. 26. Semen Carthami cum aliis pur-  
gantibus infunditur v. g. pro mensura vi-  
ni feminis carthami 3x. cum fol. senn. 3x.  
Rhei 3ij. agaric 3j. mechoacann. turbit.  
an. 3j. crem. Tart. 3j. additis aliis herbis  
vel floribus sufficiunt.

§. 27. Extractum diacarthami vel Cni-  
copharmacum est medulla vel resina se-  
minis carthami cum spiritu vini extracta,  
additis aliis purgantibus. Medicamentum  
laude sua dignum, quod absque ulla mo-  
lestia humores satis potenter evacuat.  
Datur à 3j. ad 3iv. aqua destillata probè  
solutum.

§. 28. Trochisci Albantali non nisi  
ad aliquot grana à prudentiis exhibe-  
tur, ceterisque tutoribus pharma-  
cis catharticis saltē pro stimulo addun-  
tur.

§. 29. Inter Melanagogæ usitatoria recententur folia sennæ, quæ rectius in infuso à drachma ad duas vel tres cum tantillo salis tartari exhibetur, quam si vel in formâ pulveris, vel in decocto usurpetur: cum in forma pulveris nauseam & tormina pariat; per decoctionem autem virtutem suam amittat. Egregia inde patratur tinctura cum aqua rosarum & sale tartari, quæ ad 3ij. vel iv. exhibita alvum absque ulla molestia stimulat.

§. 30. *Helleborus niger*, famosum quidem purgans est, sed ut fatear rarius à me commendatur. Ejus extractum ad 3j. exhibetur: vide *Tinseum à Guldenkleed*.

§. 31. Extractum Melanagogum Mynsichti inter purgantia non postremum datur in forma Pilularia 3j. ad 3β.

§. 32. *Confeccio Hamech* olim magni aestimabatur, nunc ejus celebritas obsoletit: educit autem humores potenter & cum magna turbatione. Ejus dosis est 3β.

§. 33. Ex Hydragogis eligimus sirupum de spina infectoria, radicem jalappa, electuarium hydragogum Sylvi, pulverem solutivum tartarisatum Zuvölfseri, gummi gotte, hermodactilos.

§. 34. Sirupus de spina infectoria ab 3β. ad 3j. vel 3β datus aquas potenter movet, lympham restagnantem fluxibilem reddit ejusque motum promovet. Commendatur in hydrope à *Celeberri-mo Sydenham* cum infuso antimoniat.

§. 35. *Jalappa* in vulgus nota est; datur à 3j ad 3ij. addito cremore vel sale Tartari, vel tartaro Vitriolat. à gr. v. ad 3β. Parem si non majorem obtinet efficaciam, si cum arcano duplicato misce-

tur. Ejus resina ex Magisterium ad gr. viii. ad xij. exhibetur. Paratur inde potiuncula parvæ molis sed magnæ virtutis R. Resinæ jalappæ gr. x. solve cum tantillo vitelli ovi, adde aquæ melissæ vel Cinnamomi buglossatae 3β.

§. 36. *Electuarium hydragogum syl-vii* celebre catarraticum in morbis lymphaticis, datur vel in forma electuarii, vel in forma potionis à 3ij ad 3β.

§. 37. *Pulvis solutivus tartarisatus* distingui debet à pulvere solutivo de tribj., ne error forte committatur. Ejus dosis est ad 3ij. Convenit fere in omnibus cum pulvere tartarisato *Haffniensem*, cuius sequens descriptio. R. pulv. radic. Jalapp. 3x. crystall. Tartar. Tartar. Vitriol. à 3ij. resin. Jalapp. scammon. a. 3j. ol. anil. 3ij. m. f. p. dosis à 3β ad 3β vel 3ij.

§. 38. *Gummi Gotte* alvum vehementius turbat, hinc etiam inter emetica locum tenet, quod humores & per superiora & per inferiora potenter educat. *Lottichius* suam inde conficit familiarem potiunculan purgantem cum aqua cinnamomi, quæ tamen rubustioribus & agrestibus magis dicata videtur quam delicatulis. *Rectus Celebris D. Michaelis* in suo collegio illud cum aliis hunc in modum miscet, R. radic. jalapp. 3j. magist. gummi de Peru gr. vi. Croci martis saccharin. gr. viii. ol. Cinnam. gr. j. misce pro una dosi.

§. 39. *Hermodactili arthriticorum solatium* dantur in forma pulveris à 3j ad 3β vel 3ij.

§. 40. Tandem agmen claudunt *Panchymagoga*, inter quæ haut immerito locum habent omnes pilulæ purgantes. Primas tenet panchymagogum *Crollii* vel

*Augu-*

*Angustiorum*, si non tam dignitatis quam temporis habeatur ratio. Utrumque à 3j. ad 3β. exhibetur. Quod si graniv. vel v. diagrydii addantur, scrupulus dimidius poterit esse basis, sic enim citius & felicius res expedietur. Huc referri possunt pilulæ de galbano *Sylvii*, quarum quinque vel septem unam constituant dosim; Pilulæ de ammoniaco compositæ, quarum tres vel quinque pro dosi determinatâ habentur. Tradam utriusq; massæ descriptionem. R. Gummi Galban, acetos quillitico præparat. 3j. Vitrioli Martis ad albedinem igne blando lente calcinati. Mastichis elect. an. 3j. Castor, opt. Myrrh, rubr. an. gr. xv. Croci orient 3β. Trochilicor. Alhandal. 3j. Resin. Jalapp. Scammon, an. 3j. ol. cort. cirt. gutt. vj. m.t. Pil. N. L. vel si magnitudo molesta sit fiant pilulæ centum ex massa, & pro dosi dentur x. vel xv. R. Gummi ammon. dissol. 3β. Myrrh. rubr. resin. jalapp. diagryd. an. 3j. Croc. 3β. sal. volat. lucin. gr. xv. ol. Cort. arant. gt. viii. f. Pil. N. XL. Cuidam Præticò longè celebratissimo lequentes pilulæ in frequenti sunt usu. R. M. P. sine quibus esse nolo 3j. Marocostin. 3β. resin. Jalapp. gr. xv. c. Elixir. propriet. f. pilul. parvæ: dentur xj vel xij pro dosi, quibus multi in acidulis exoptato quoque cum successu utuntur. Hanovenib[us] Medicis in crebriori sunt usu pilulæ *Eustachii Rudii* sub nomine extracti cephalici, quas ille à *Weckero* mutuatus est. Ex 3β dimidio formantur pilulæ xv. dantur xj. 13. vel 15.

§. 41. Omnim autem purgantium anima est Mercurius dulcificatus, tum quod tubulos profundius fitos, & obstru-

ctos potenter referet, & humores incidat, tum quod diutius in sanguine remaneat, ejusque intemperiem vitcidam & acidam egregie emende. Unde omnibus purgantibus, præsettum quæ tub pilulari forma exhibentur à gr. iv. ad gr. xij. commisce- ri potest, ut impedit, quo minus purgantia primarum viarum fermenta nimium precipitent vel obstructionem in poris & tubulis glandularum post se relinquant, unde plerumque alvus post purgationem solet esse siccior. Si vero mercurius dulcis pro comite addatur, humores admodum fluxibilis redduntur, & glandula- rum angusti ductus servantur patuli. Plu- ra de panchymagogis vide apud *Decke- rum* & *Zwölfferum*, nam & hujus pilulæ hypochondriacæ dicitæ suam meren- tur laudem. Omitto autem Electuaria ve- terum, quæ nunc ad antycitam relegata vix amplius palatō digna habentur.

§. 42. Quod si Mercurius tibi suspectus sit, sumatur ejus loco Cinnabaris, nam & hac purgantibus meritoria eorum opera- tionem ex voto facilitat.

§. 43. Ipsiis purgantibus superbibere so- lent Juscum. Observavimus tamen ab assumpptis subinde fermentationem illam à cathartico introductam superati, nullā amplius subsequente purgatione. Unde melius sibi consulunt, qui si lympha in ventriculo abundet, per quatuor horas ab omni cibo & potu abstinent. Quod si lympha viscidior existat, ore erit juscum avenaceum largiter haurire, aut infusum Thee in magna copia sorbillare, vix enim dici potest, quam alacriter operatio his promoteatur.

## O

## CAPUT

## CAPUT XIV.

De

## Evacuatione per urinam.

§. I.

**C**acockymia corrigenda dicata etiam sunt diuretica, quæ secundum inter evacuantia universalia tenent locum, quatenus lympham & salia diluunt, atque hæc secum per vias urinarias foras abripiunt.

§. 2. U<sup>s</sup>us ipsorum admodum profic-  
us est in intemperie sanguinis melanco-  
lica, pituitosa, scorbutica, hinc spleneti-  
cos vulgo dictos juvant, & in scorbuto  
et ceterisque morbis chronicis donec fe-  
runt punctum.

§. 3. Dantur ventriculo jejuno ex-  
stante, quod eò felicius & alacrius poros &  
tubulos referate, atque universum vas-  
orum tum sanguiferorum tum lymphati-  
corum tractum permeare possint. Unde  
etiam necesse est, ut antequam diuretica  
propinentur, primæ viæ prius à fôrdibus  
expurgentur.

§. 4. Operandi modus triplex est.  
Quædam serum à sanguine præcipitant.  
Quædam salinis suis cuspidibus poros ob-  
structos referant, & humores fluxibles  
reddunt. Quædam serum substantialiter  
augent, quod acidula & thermæ faciunt,  
quamvis prioribus quoque modis opera-  
tiones suas absolvere possint. Plura vide  
apud Celeberrimum Wedelium de Me-  
dicamentorum facultatibus.

§. 5. Omnia purgantia sunt diuretica,

sed non contraria. Vidi in muliere ab uso  
resinæ jalappæ per alvum nihil, per vias  
urinarias autem aliquot libras seri fuisse  
excritas.

§. 6. Omnia mensium fluxum pro-  
moventia sunt diuretica. Quod etiam  
de calidis, & salinis tam fixis quam volati-  
libus dicimus. Ridiculum est statuere, da-  
ti diuretica frigida, hoc est quæ refrige-  
rando diuresin promoveant.

§. 7. Usitatoria sunt radic. ononid.  
gramin, asparag, saxifr. polypod. apii, pe-  
troselini, liquirit. alth. enul. scenical. asati.  
atisto. raphanus nativus & rusticus, se-  
mina 4. calida majora & minora; quod o-  
mnia carminativa & aromatica spectant.  
Fructus alkekengi, baccæ juniperi, amygdalæ,  
infusum Theæ, infusum veronicae,  
infusum fl. chamæmelicum vino para-  
tum, omnia ex cherefolio, petroselino fra-  
gar. violar. parietar. saxifrag. cuscur. hebe-  
ta terrestre. urtic. omnia ex Terebinth. o-  
mnia ex sale armoniaco tartaro, sale & ni-  
tro. Omnia testacea, quod & lapides, ju-  
daicum v. g. & alios referimus. Excre-  
menta animalium; tinctura aperitiva  
*Mæbii*, tinctura nephritica *D. Michae-*  
*lis* cum calce viva parata, spiritus *Vittiolii*  
refractus, spiritus aperitivus *Penoti*, tin-  
ctura antimonii solaris, tinctura extartato  
silicibus antimonio & nitro in decad. 2.

anno

anno sexto Ephemerid. Germanor. à Clandero descripta p. 362. Sub hunc quoque censum veniunt infecta quedam sale volatili plus minus acri & corrosivo luxuriantia, qualia sunt mille pedes, lumbrici, vermes majales, & cantharides. Parantur ex his tincturæ non contemnendæ: observandum tamen in illarum præparatione, ut corrosiva vis refringatur & invertatur; hinc mallem imitari Dn. Le mort, quia efficiunt lumbricorum terrestrium cum sale tartari optime calcinato & spiritu vini, efficiunt cantharidum autem cum spiritu nitri fortissimo & spiritu vini parat, utpote quæ cæteris mihi videntur tutiores, sedulò enim hic vel ad sal volatile alcalicum, vel ad acidum volatile est respiciendum, illud mediante sale aci-

do obtunditur; hoc sale alcali fixo domatur.

§. 8. Quæritur utrum calculosis diureticæ convenientiant? Ego certè negativè respondeo. Calculosis sola acidum austерum corrigitur & vilciditatè incidentia convenientiunt; & sic quidem illad iureticæ admitti possunt, quæ sale suo porosum aperiunt, quatenus inter aperiencia numerantur. Verum illa quæ serum à sanguine præcipitant, non nisi maximò cum damnò usurpantur: cum enim serum adrenes deveniat, aquosæ quidem partes facile penetrabunt glandulas, & arenulas quoque abluerent: ast salia recens ad vecta crescent interveniente lymphâ vilcidâ & glutinosâ, & novos sic produceat calculos,

## C A P U T X V.

De

### Evacuatione per sudorem.

§.

**S**udorifera affinitatis quodam jure diureticis conjuncta sunt, cum diurese sin nunquam non promoveant. Ut ute- niam serum ad corporis ambitum abripian- t, mihi tamen constat, etiam ob solam hanc agitationem non solum plutes va- potes velicam urinariam intrare, sed fi- bres quoque nimis antea constrictas re- laxari, ut humoribus circularibus liberi- or concedatur via: Hinc quibus abdo- men paulo durius est ante sudores, iis erumpentibus sudoribus mollius reddi- tur, & urina etiam largius proficit.

1.

§. 2. Agunt autem sudorifera san- guinem exagitando, & fermentationem (non intestinalem sed progressivam sive circularem) angendo. Non nunquam præcipitant etiam sanguinem & sic simul urinam movent.

§. 3. Dn. Craan quærit hic, quare su- dorifera non pari passu ambulent cum purgantibus, cum æque fermentationem in sanguine excitent? Respondet, quod purgantia insuetum inferant ætherem. Sudorifera talem qui à motu nostri æthe- ris non tantoperé abludat, quin potius illi robut

O 2 robut

robuit novum concilicet, ut sanguis alacrius circuletur. Motum ergo intestinum putamus augeri à purgantibus, sed progressivam immnui; cum è contra à sudoriferis motus progressivus augeatur & intestinus immnuitur.

§. 4. Dicata sunt sudorifera intemperie sanguinis & lymphæ viscidae, acri, acidæ. Errotes circa cibi & potus quantitatem commissos egregiè emendant, absumento statim illud & expellendo, quod obstrukiones gignere, & sanguinem ceterosque succos intemperare posset: Unde & Præterauvi & curativi nomen meritò obtinent. Præterea turbatam sanguinis mixtionem usque ad e feliciter restituunt, ut vix absque illis febris curati possit, de quo in capite sequenti.

§. 5. Qui facile sudant, vel poros habent nimis artos, vel plures in gla, dulis & vasculis extimis patiuntur obstrukiones, unde sudores non semper sunt testes bonæ & laudabilis constitutionis. Qui difficultè sudant, poros habent nimis patulos, ut quicquid agitur, sub forma vaporum abeat. Sæpius defectus est in moderamine, quod nec stragulum nec quietem fert velitor.

§. 6. Conveniunt autem sudores omnibus cujuscunque sint conditionis, modò cetera rectè dirigantur. Quod si aliquid inde incommodi vel dampni accessisse credant, culpa vel in aerem frigidum statim post sudores admissum, vel in medicamentum nimis mobile & acre, vel in naturam feminis sive fermenti morboſi erit rejiciendum. Hoc enim si ope diaphoretici quod etiam à carbartico fieri potest, ut supra innui) una vice & confessim excutiatur è suis tubulis, & ad vascula ca-

pillaria cum arterioso sanguine deferatur, omnem lympham sive succum nutricium coagulat, eumque restagnare facit, unde vasa lymphatica penitus obstruuntur, & ex tali fluidorum congerie colliquati oriuntur sudores, non nisi cum morte cessantes: sapins inflammatio meningum cerebri ex eadem iuboritur causæ, & brevitatem spatio finem morbo & vita imponit, quod in variolis ab intempestivo & primis diebus exhibitorum sudoriferorum usu factum fuisse novimus. Quamvis enim in ceteris malignis statim ab initio sudare conveniat, tamen in variolis res longè aliter se habet, cum illud fermentum in lacte admodum acido, & ipsum succum nutritium notabiliter & potenter depravante consistat, quod sanguini consulum primis diebus magis attenuatur & restringitur, si ipsi sanguini aliquamdiu immixtum manerit, quam si primo statim die ad angustissimos canaliculos arteriarum appendices ope sudotiferi propellatur, ibidemque vim suam præcipitatoriam & coagulatoriam exerat.

§. 7. Quæritur an inter sudandum potius largior conveniat? dicunt id necesse esse partim in febribus ardentibus, ne sanguis nimis torridus fiat, & ut sudores minori cum molestia profluant. Verum de frigidis si intelligatur, id absoluè nego, cum illa sudores sitant, non verò promoveant, nisi forte per accidens & in derrementum Oeconomiae animalis, quatenus videlicet obstrukções inducunt, & serum in ambitu corporis restagnare faciunt. Si verò sitis nimium urgeat, fallatur potu theæ, vel si sudores paululum cohicere

bere velis, potu caffè, quos sudantibus ambabus largior manibus.

§. 8. Diaphoretica usitatoria sunt antimonium diaphoreticum, cinnabaris antimonii, tinctura antimonii, antihereticum Poterii Spiritus tartari tam simplex quam compositus, mixtura simplex, tinctura bezoardica, sal volatile quodvis, sal fixum quodvis, bolus armena, terra sigillata, unicorni, lapis bezoar, carduus benedictus, angelica, galega, ruta, fumaria, flores

sambuci, succisa, hyssopus, veronica, pulegium, scorzonera, petasitis, radix chinæ, lignum Guajicum, sassafras, larapattilla, china chinæ, opium, acetum omnis generis, Cornu cervi, spiritus cornu cervi, sanguis hirci, testæ concharum, lapides cancerorum, rob sambuci, ebuli, juniperi, theriaca vulgaris & celestis, camphora ejusque essentia, aliqua pluta, quæ in dispensatoriis videri possunt.

## CAPUT XVI.

De

### Turbata sanguinis mixtionis restituzione.

§. I.

**E**xpediunt hanc difficultatem diaphoretica, quæ exterminando heterogenea ordinem pristinum & consuetum restituunt, unde apparet, quam imprudenter agant illi, qui in febribus nil nisi purgantia commendant, cum hinc non minus à scopo aberrent, quam si in vulnere curando singulis diebus portiunculam de substantia carnis novacula abscederent. Secundarij juvant quoque aperientia, attenuantia, emetica, vesicantia, aeris mutationes, imaginatio fortis, precipitantia

& absorbentia, & ipsa vulneraria, quatenus fermentum subigunt dissipant, invertunt, abscondunt, & glandulas deobstruunt.

§ 2. Talia sunt arcanum duplicatum, camphora, sal armoniacum, sal absinthii, cardui benedicti, tinctura bezoardica, mixtura simplex, lapides cancerorum, pulvretes febrifugi & quæ sunt instar omnium China chinæ & tinctura opii plurimum ad theoriam tum ad praxin spectantia vide in *dissert. de febribus.*

O 3

CAPUT

## CAPUT XVII.

De

## Particularibus evacuationibus.

§. 1.

*Sydenhammis*, hæc enim sola nihil rationalis & omnium tutissima videtur.

§. 2. *Errhina*, nasalia tamen siccâ quam liquida, eodem modo operantur & non nisi ratione partis affecta differunt ab apophlegmatilantibus, Sternutatoria sunt *errhina* fortiora.

§. 3. Commendantur in olfactu depravato, fœtore natum, cerebri obstruktione, nocent in haemorrhagia, exultatione, & gravedine à lymphâ valde acri, quô in calu temperancibus plus efficitur.

§. 4. *Salivationem universalem instituunt mercurialia* tūm internè exhibita, tūm foris illinoita, quam cinnabaris largius sumpta quoque excitate potis est. Ejusmodi curatio instituitur in lue venerea & vulgo curatio per inunctionem vocatur, verum cum molestia & periculi plena sit, prudenter dirigenda est, ne internam aliquam exultationem & gangrenosam inflammationem cauteris, in quem finem elige tibi Methodum: *Celeberrimi*

*Expeltoantia*, glandulas pneumonicas irritant, lympham attenuant & inci-

**G**landulas palati & faucium expurgant apoplegmatantia dicta, quæ scilicet sale quodam aromatico plus minus acri glandulas irritant, ut mucum & lympham limpidam copiosius reddant.

§. 2. Prostunt in gustus defectu, ubi saliva valde viscida & glandulæ obstructæ sunt. Nocent autem in ulceribus palati vel faucium, deatum carie, & ubi lympha valde acriis existit.

§. 3. Potiora apophlegmatizantia & masticatoria sunt radices pyrethri, iridis nostratis, angelicæ, imperatoriæ, cardamomi, cubebæ piper, masticæ, nux moschata, macis, catyophylli, semen sinapi, nasturtii, nicotiana, castoreum, serpillum, origanum, salvia, ruta, spiritus cochleariæ, spiritus alalis armoniaci, aqua majoranæ, vitæ Matthiolæ, balsamus vitæ, potus theæ.

§. 4. *Salivationem universalem instituunt mercurialia* tūm internè exhibita, tūm foris illinoita, quam cinnabaris largius sumpta quoque excitate potis est. Ejusmodi curatio instituitur in lue venerea & vulgo curatio per inunctionem vocatur, verum cum molestia & periculi plena sit, prudenter dirigenda est, ne internam aliquam exultationem & gangrenosam inflammationem cauteris, in quem finem elige tibi Methodum: *Celeberrimi*

incident: vel si nimis tenuis sit, dantur ea, quæ paululum incrassent & acrimoniam temperent. Magnæ sunt efficaciat in tassis, raucedine, phthisi, pleuritide, asthmate.

§. 9. Eaumerabo autem potiora, cum plurima etiam in vulgus nota sint. Agmen ducit infusum Theæ, infusum veronicæ, succus bellidis, numulariæ, chærefolii, a-

qua veronicæ, Cinamomi, mirabilis temperata, spiritus gummi ammoniaci, omnia ex enula, zinzibere, liquiritia, cervisia calida cum buryro vitello ovi & melle vel sacharo, Calida enim pectori admodum amica sunt, Sperma ceti omnique suffumigia ex gummolis in forma sicca carbonibus injectis excitata.

## C A P U T   X I X.

De

### *Indicatione Symptomatis urgentis, horumque curatione.*

§.

¶.

**U**rgentiora vocantur Symptoma, quæ ipso morbo pejoraunt, quia nullas ferunt indicias & citra totius economia ruinam diutius ferri nequeunt. Sunique dolor, vigilia, sitis, alvi fluxus vomitus, hemorrhagia & lipothymia.

§. 2. Dolor duo dicit, nempto aliquid in corpore, deinde aliquid in mente; In corpore nil nisi motus est admodum insuetus & improportionatus. In mente est certus cogitandi modus, & molestus mentis status. Intuitu mentis fortitudo, magnanimitas, preparatio ad excipienda adversa, musica, amicorum colloquia & meditationes profundiores multum praestabunt. Sed non sufficient, quod enim alibi, de ventriculo dicitur, scilicet quod careat autibus, illud quoque de parte dolente dici potest, quā solantur omnia illa, quæ fibras rigidas emollient, corrugatas blander reducent, tubulos obstructos citra magnam agitationem rese-

rant, id quod faciunt pinguisa molliora; emollientia, acrimoniam demulcentia vel ipsos spiritus animales paululum figentia. In nostris officinis prostat emplastrum anodynum, quod multæ spei est remedium; ejusdem commatis est emplastrum de minio, emplastr, diachyl, simpl. levum cervinum, medulla crurum vituli, lac, ol. nuc. moschat. tinctura balsamica Barbette, anethum, flores chamæmeli, sambuci, meliloti, verbasci. Aqua hysterica camphorata, spiritus frumenti, spiritus lumbricorum terrestrium, spiritus vini camphotatus, linimentum ex ol. nuc. moschat. express. sapone veneto, ol. castorei, essentia camphoræ, & spiritu salis ammoniaci.

§. 3. Vigilias coercent balnea dulcia & tepida, medulla cervina & crurum vituli, cinnabarina, theriaca veneta & coelestis, dia cordium, arcan. duplicatum, essentia anodyna, emulsiones oleosæ & salia obvolven-

volentes, omniaque papaverina.

§. 4. Si sis admodum uigeat, omne feret punctum potus thec. Sin frigida ex petas, gratificaberis quidem palato, sed simili augebis. Commendant blandiora acida, decoctū cicti, limonadas, acidulas.

§. 5. Miror quod homines s̄epius de alvi fluxu dispergunt, an in principio morbi alicujus acutis sit sustendus, cum totus, quantusquantus est, symptomaticus sit. Itaque damnamus quidem styptica & astringentia terrestria, sed propterea non sequitur, nos nolle alyi fluxum sistere. Commendamus autem eum in finem blandius quoddam sudoriferum cum aliquot guttulis tinturæ opii, quò uno quasi & hydram hanc & malorum letnam expugnabis.

§. 6. Vomitus s̄istitur acce vellicans Temperantibus; v.g; crystallo montanâ, pulvere cordiali pretioso, aquâ cinamomi cydoniatâ, theriacâ, diacordio, coral-

lii, cornu cervi usq; essentia stomachali, spiritu theriacali camphorato &c.

§. 7. In sanguinis fluxu s̄istendo laudantur styptica ex vitriolo, pulveres steignotici cum albumine ovi, charta bibula, crepitus lupi, colophonum pulverisatum, liquor noster stypticus ex aqua martiali paratus, operulos magis & splendidores vide apud charras in pharmacopea. Summam meretur admirationem & applausum experimentum Celeberrimi Domini D. Bohnii, Professoris Lipsiensis famigeratissimi, qui in Epistola ad Dn. Dolorem data meminit, te vehementem hæmorrhagiam solo spiritu vini cohibuisse.

§. 8. Lypothymiae obviam itur gravolentibus & spirituolis cardiacis. Pertinent huc omnia ex castoreo, ruta, lavendula, floribus liliorum convallium, acetâ omnis generis, elixirium vitæ pretiosum, & vinum generosum naribus oblatum.

## C A P U T XX.

De

### Indicatione Vitali.

#### §. I.

constituentium relinquunt, prout in statu naturali se habere solent. Secundo illa quæ in specie cordi, vel rectius sanguini dicuntur esse dicata, & cardiaca per excellentiam vocantur: hæc q; iterum sunt duplices generis. Quædā cardiaca dicuntur, quia sanguinis fermentationem subito augent, qualia sunt omnia spirituosa, volatilea, aromaticæ oleosa & præpratis the-

**H**æc vitibus prospicere jubet & fluidis, ipsamque fermentationem vitalem & humorum itum in circulum conservare, id quod cardiaca præstant, & quæ vires restaurare dicuntur.

§. 2. Sunt autem confortantia primò generalia illa omnia, quæ poros sanguinis non immutant, sed & illos & figuram & magnitudinem particularum sanguinem

ria calia, quæ eo fere momento quâ ad sanguinem deveniunt, fermentatiouem augent. Quædam lentè agunt, & ob constantiores poros diutius in sanguine manent, atque ætherem consueto nostro similem continuo transmittunt, hinc ipsorum effectus se non statim prodit, sicut id in prioribus cardiacis fieri solet, sed successivè & post plures saepius dies. Ejusmodi vim cardiacam habet aurum, magnetæ, corallia, lapides pretiosi. Quædam

motum intestinum sedando, & salia fercentia supprimendo viribus conservandis conducunt, qualia sunt blandiora acida.

§. 3. Eundem effectum sortiuntur juscule admodum fervida cum vitello ovi assunta. Sed & reliquarum rerum non naturalium regimeta conveniens in situendum est, de quo in L. 4. abunde sategimus.

## C A P U T   X X .

*De*

### *Medicamentis corundemque Facultib⁹.*

§. I.

**M**edicamentum dicitur quod poris corporis nostri paululum contrariatur: atque ratione figuræ, magnitudinis, flexibilitatis, rigiditatis, tamostatis, molitie & ætheris quem per poros transmittit, in sanguinem, & humores à sanguine dependentes, agit, eosque alterat.

§. 2. Si nimium rodant partes solidas, aut fluidas turbent, vocantur venena, quæ dupli modo agunt. Velenim partes solidas corrodunt ob figuram acuminatam, pungentem vel scindentem cum rigiditatis attributo. Vel peregrinum ætherem à motu sanguinis intestino valde abludentem inferunt, huncque augendo in sanguine, ejus mixtionē in turbant, & saepius planè destruant, id quod venenum pestilentiale, virtus arsenicale, viperarum, & horrendum illud venenum la poudre de succession dictum constituant,

§. 3. Dependent itaque facultates medicamentorum 1. à magnitudine particulatum, prout subtile vel crassiores sunt, 2. à figura, prout vel pungunt vel scindunt, 3. à scabritate 4. à molitie 5. à flexibilitate, 6. à Rigiditate 7. à Pororum configuratione, vi quorum alium atq; alium ætherem transmittunt. Erab hotum attributorum pluralitate vel paucitate variisque gradibus intensionis omnes diversæ illæqualesquales et à fuerint facultates dependent, & ex hoc principio explicantur, atque clare & distinctè intelliguntur.

§. 4. Malè autem dividuntur in primas, secundas & occultas, cum istius divisionis nullum placet videamus fundatum. Nam primæ qualitates fundamentum habent in relatione ad corpus nostrum, neque dicunt quid in objecto

P

aut.

sint; sed saltem quid in mente fiat, quando res corporis nostri admoventur, cuius simile planè non existit in objecto, quod calidum vel frigidum, aut humidum vel siccum vocatur. Qualitates secundæ fundamentum suum habent debet inservit, quæ tamen non raro sunt effectus & productum secundarum. Occultæ autem sive tertiae non sunt ignoræ, cum phœnomena, quæ in nobis producunt, adeoque in sensus incurunt, per causas intelligibiles debeant explicari, & quæ ac manifestæ. Quamdiu enim aliquid sensibile est, tam diu phœnomeni nomen habet; Hinc si causæ istorum phœnomenorum etiam sensibiles sunt, semper in explicando prægrediendum, donec ad intelligibile tantum & non magis sensibile deveniamus. Quæ ratione omnes qualitates possent dici occultæ, nempe quod ipsarum causæ intelligibiles sint, hoc est clare & distinctè intelligentur sed tamen sensibus non legantur.

§. 5. *Excipiant*, qualitates occultas tota substantiâ agere, manifestas autem à sua forma dependere. &c. Nos nullam aliam præter motum & figuram agnoscere formam, à qua habent medicamenta, quod tali & non alio modo agant. Et quid est tota substantia agere? nonne tota substantia arsenici agit? Nonne tota ignis substantia utitur? Quid quæsto plus in occultis qualitatibus reperi, quod non a quæ per motum & figuram aliqua attributa explicare possit, quam in manifestis?

§. 6. *Instant*. Confugendum subinde esse ad sympathiam vel antipathiam, ubi intoliti & stupendi præter omnem expectationem producuntur effectus. &c. Fieri utique potest, ut unum idemque medica-

mentum diversos edat effectus; Hinc sapientius observatur, unum remedium multis prodesse, uni autem semper nocere, & ab hoc sine insigni turbatione assumi non posse. Verum id non sit propter antipathiam quandam, sed quod medicamentum nimis bonum sit, ut loquitur B. Cræan. & quod in ejusmodi subjecto in veterate sint obstructiones, factæ ab humoribus à natura motus sanguinis planè degeneratis, & qui circa novam & vehementer turbationem sanguini commisceri nequeunt: Hæc, itaq; à medicamento excusū insolitos tales producunt effectus, quorum author non est medicamentum sed humor malignus, temporis diuturnitate corruptus. Et illi profectò homines male consulunt sua valeudini, si intolito hoc effectu perterriti ab omni medicina abstineant, nam eō pactò retinent humores & in graviorem saltem tempestatem revertantur. Inde etiam est, quare illi, qui nunquam ægrotarunt, aut medica mentis auerbi sunt, si morbo graviori tententur, plerumque subito curentr, aut subitè moriantur.

§. 7. *Quæritur* ad dentur medicamenta certis corporis nostri partibus dicata, ita ut alia sint cephalica, alia uterina & sic deinceps. &c. Virtus illa ab uno eodemque principio dependet, & sic respectu partium solidarum nulla talis datur differentia, nam omnia medicamenta, quorum particulæ subtiles sunt neque notabilem aliquam ac curiosivam acrimoniam habent sunt cephalica: Et illa cephalica revera etiam sunt uterina; Eadem cephalica sunt etiam splenética, ophthalmica, thoracica, cardiaca, stomachica, hepatica, uterina &c.

§. 8. In-

§. 8. Interim contigit sœpius, ut in dolore hypochondrii sinistri medicamentum ex voto operetur & lenientem deoppiet, sive huic partim magis aptum videatur, quam alii. Sed tibi est error. Si alia quædam pars itidem obstructa esset, idem medicamentum, quod tibi audit spleneticum eundem fortius efficiens in alio viceret; Atque spleneticum simul hepaticum vel uterinum, & sic de aliis.

§. 9. Medicamenta temperata dicuntur, quæ motum sanguinis nec augent nec imminuant.

§. 10. Calida sunt quæ sanguinis cœterorumque humorum motum intestinum augmentant.

§. 11. Frigida sunt, quæ sanguinis motum imminunt, vel planè sistunt.

§. 12. Humida sunt quæ lubricas & aquosas sanguini inferunt particulas.

§. 13. Siccæ sunt quæ vel humidum expellunt. Vel quæ parum vel nihil aquæ admixtum habent.

§. 14. Emollientia dicuntur quæ habent particulas vel tantum flexiles & quæ sibi in omnibus punctis non adeo firmiter cohaerent, hinc citra pinguedinem cutis emolliunt, v.g. radix altheæ, medulla panis. Vel particulae sunt simul tamox, quæ varii generis pinguedines constituant; Et hæ multas salinas aut acidæ particulas in complexu habent, quæ si diuinus servantur, occultâ actione aeris & ætheris evocantur & volatilisantur, id quod in lardo & butyro rancido observamus: simile quid in caseo antiquo fieri solet.

§. 15. Adstringentia sunt omnia frigi-

da, quorum particulae sunt crassæ, & vel cum vel sine attributo rigitatis & figure acuminatæ, hinc exurgunt acidæ non adstringentia, v. g. in tamarindis, & acidæ adstringentia, nec non austera adstringentia. Nullo autem alio modo adstringunt, quam occludendo poros, & humores incrassando, usque transitum denegando.

§. 16. Incrassantia sunt omnia siccæ, tam illa quæ aquam admixtam non habent, quam illa quæ humidum simul expellunt. Alia etiam sunt frigida, quæ particularum motum sistunt.

§. 17. Attrahentia propriæ dictæ nullibi reperiuntur. Corpora affluunt, vel accidunt ex legibus motus; & si duo videoas ad se in vicem accedere corpora, sicuti faciunt ferrea & magnes, fiti ob pororum & ætheris, quem hi transmitunt, similitudinem. Parte ratione videmus alios humores recerni in renibus, alios in hepatæ, & porrò Nempe non attrahuntur, sed ob peculiarem cribri configurationem tales hic segregantur partes, quæ ob cribri diversitatem non poterant alibi separati. Sic videmus quod post actuum & corrosivorum applicationem curis rubeat, aut madeat, & humores extillent, unde vulgo dicunt calida illa attrahere. Nos rectius dicimus effectum hunc dependere à figura scindente vel pungente & particularum mobilitate, hinc & fibras abscondunt, & humorum circulationem præpediant, atque ob diversum ætherem cum succis illis restagnantibus, vel recens ad venientibus, fermentationem instituant. Hunc in modum attrahunt urticæ, habent enim cuspides quibus pungunt: habent circa cuspidis basin folliculum, in quo fermentum

tum igneum sive valde acre later, quod detractâ pelliculâ & sua acrimoniam & fermentativam utit & calefacit. Sic capes & vespæ gravius laedunt quam urtica, quod ipsarum aculei inversas habeant extremitates & prominentias instar sagittæ, hinc magna cum fibrillatum dilaceratione & infiuguntur carni & adhuc majori cum difficultate extrahuntur; præterea fermentum malignum in vulnusculo relinquent, quod succorum ibi transversum motum intestinum mitum quantum adaugeat, unde subitaneus illetumor & ardor.

§. 18. His affinia sunt vesicantia, crustam inducentia, rubefacientia, aduentia, corrodentia, putrefacientia, phlogista. Ut pote quæ gradu saltem & ratione subtilitatis, rigiditatis, & mobilitatis differunt: Neque obstar, quod aqua fævida cui i admota statim vesiculos prodicit: Nam fibrillæ & que à violentiori motu rumpuntur, quam à corporibus acutis disciduntur: Et æther copiosius irruens & cum alia determinatione eundem fortior potest effectum, quem talia illa corrosiva producunt. Sic vel solus calor poros destruit, & fibras divellit, quod in cotio vel calceo igni adnoto illico appetet. Hæc autem omnia & motu & figura in cutem & carnem agunt, atque suam exerunt virulentiam.

§. 19. Aperientium vis dependet à subtilitate & aliquali rigiditate particula rum: Sunt tamen quædam inter hæc, que alium sanguini inferunt ætherem, & insolitam producunt fermentationem; Quo pacto purgantia primò aperiunt, deinde cum in illa fermentatione variae sint coagulationes, sèpùs viscera magis ob-

struunt. Omnia calida & cephalica sunt aperientia, nulla autem dantur frigida.

§. 20. Repellentia sunt frigida, in crassantia & adstringentia; Adeoque proprie non repellunt, id quod sanguinis circulationi contrariatur, sed humores, saltem sistunt & in parte figunt.

§. 21. Vulneraria pos generantia, carnem generantia, callum generantia & cicatrizantia sub se continent. Nihil autem aliud præstant medicamenta, quam quod impedimenta sanationis tollant, quæ nempe obstant consolidationi, qualia sunt aer, sal acre vel acidum, chyli visciditas, tubulorum obstrucțio, fibrillarum crispaturæ. Ergo conducunt omnia illa quæ sanguinis intemperiem acidam vel saltam corrigit, quæ poros & tubulos referant, motum chyli promoven, euinq; fluidiorem reddunt; & fibras corrugatas ad lineam rectam iterum disponunt. E quibus palam fit ipsa medicamenta nec carnem generare nec pus. Pus enim nihil aliud est quam chylus ascens. Caro autem ex chylo producitur. Hinc alimenta potius pus & carnem generant: Et medicamenta quæ admodum exsiccant & humiditatem absunt ciatricis inductionem facilitant.

§. 22. Præcipitantia alium ætherem per poros transmittunt, illius liquoris ætheri, quem præcipitant, vel rectius in quo sit præcipitatio, planè contrarium.

§. 23. Absorbentia cavernulis sunt prædicta, intra quas spicula abscondunt, ipsorumque cuspides simul invertunt.

§. 24. Anodynæ non sunt unius generis. Quædam causam doloris perfectè tollunt, dum saluum spicula involvunt, q.s. lac, butyrum recens, medulla panis,

panis, pinguedines, vitellus ovi, althea, fœcum græcum; Quædam nervos obstruant & stuporem inducunt, quatenus spiritus animales non possunt influere infra tubulos obstructos, hinc pars illa nervi est flaccida & ad sensum exercendum inepta. Quædam sanguinem incrassant, & impediunt, quod minus salia acris ad partem dolentem ferantur; Verum

hæc ad tempus causam tollunt, quam primum enim vis remedii exspiravit, & particulae illæ coagulantes sanguinem exhalant, dolor sæpius redit. Anodynæ tutiora sunt Cinnabaris, arcanum duplicatum, anodynum *Angeli Saleæ*, tinctura opii, laudanum opiatum, theriaca, diascodium, & omnia papa verina.

## C A P U T XXI.

De

## Operationibus Pharmaceutidis:

§.

I.

**Q**ui medicamentorum compositioni nisi accingit, terminorum chymicorum & pharmaceuticorum exactam non solum habeat cognitionem, sed omnes quoquonosse debet encheirises, easundemque rationes philosophicas, ut nunquam absq[ue] ratione agat, sed sic ut in omnibus ita & hic claram ac distinctam sibi præfigat perceptionem. Deludarunt hoc in negotio plures, inter quos omnem occuparunt fundum *Celeberrimi viri Bohnius & VVedelius*, ille in dissertationibus chymicis, hic in *pharmacia acromaticâ*. Pro instituto nostri ratione sufficiet indigitasse terminos, ne ipsis tyro rudi planè minervâ artem pharmaceuticam aggrediatur.

§. 2. *Alcoholisare* est operatio pharmaceutica, quâ vel spiritus vini ita dephlegmatur, ut ignis instar pulverem pyrum in momento accendat. Vel qua-

pulveres testacei in pollinem rediguntur, unde alcohol audiunt; v. g. alcohol corralliorum.

§. 3. *Amalgamare* ab emolliendo sic dictum, est operatio quâ metalla emoliuntur, per mercurium, & in calcem rediguntur, quô modò calces ☽ & ☾ præparantur: à quibus mercurius vel per expressionem per corium, vel per evaporationē in crucibulo iterum auferitur, estque hæc operatio prima calcinationis species, & propriæ solis metallis dicata.

§. 4. *Calcinatio* est pulvritatio corporum per ignem vel actualem vel potentialem. Igne actuali calcinanda incinerantur, vel igne reverberatorio dicto constringuntur, unde duæ emergunt calcinationis species, incinratio & reverberatio. Igne potentiali calcinariunt res, dum vel à spiritu acido vel à pulvete corrosivo clementorio dicto corro-

P 3 dun-

dantur. Illa operatio calcinatio imersiva; hæc coementatio seu straificatio dicitur. Hunc spectat fumigatio, quando concreta fumo acti &c, vel liquoris alicuius, emolliontur, quô modô Cornu cervi philosophicè præparatur, & ad distinctionem à cornu cervi usque coru cervi philosophicè præparatum dicitur.

§. 5. Clarificare est decocta cum scopis & albumine ovi deparare.

§. 6. Circulatio est digestionis modus in vase circulatorio, ovum philosophicum dicto. In hoc enim motu circulatorio partes acutatis commununtur, umentur, miscentur, & duo diversa in unum tertium abeunt. v. gr. Spiritus salis dulcificatus aliisque spiritus minerales dulces, qui notante Cl. Wedelio & que per circulationem quam per cohobationem dulcificati possunt.

§. 7. Coagulatio est operatio, quâ que erant separata compelluntur in unum. Sæpius præcedit præcipitatio, vel cohobatio. Fit quatenus fluidæ partes exhalant, concrecentibus ramosis crassioribus. Vel quando à superveniente acido textura destruitur, & crassiores partes gravitate sua fundum petunt. Quod alibi præstat acidum, hoc in butyri præparatione præstat motus & agitatio.

§. 8. Cohobatio est repetita destillatio, ut duo liquores sibi arctius cohabitent. Vel ut omnis ex capite motuo vis evoceatur.

§. 9. Colare est depurare vel separare liquidum à spissso, purum ab impuro: Colatura fit vel per linteum vel per pannum manicam Hippocratis dictum.

§. 10. Crystallisatio species coagulationis est, qua falia in motu posita à super-

veniente frigore ad quietem rediguntur & in crystallos efformantur.

§. 11. Decantare est liquorem per vasis inclinationem à focibus separate, est que collatio sine linteo.

§. 12. Devonatio est fulminationis remissior gradus, quando rigida spicula materiae primi elementi innatant, & circa centra rotata cum impetu majus occupant spatium, omniaque occurentia corpora disjiciunt. Est vel sicca, quæ fit cum nitro in antimonii præparationibus. Vel humida cum sulphure tartaro & nitro in cylorum præparatione.

§. 13. Deliquare est fluidum reddere, sic falia per deliquium solvuntur.

§. 14. Digestio plurimis aliis inservit operationibus. Quæ digeruntur, mace- rantur, attenuantur, conjunguntur, dissolvuntur. Fit incalore temperato, & humido.

§. 15. Edulcorare est actia per lotio nem diluere & à calce separare.

§. 16. Extrahere est corpus in diversas resolvere partes. Dicitur in specie de tincturis, essentiis resinosis & gummosis. In genere vero destillationem, sublimationem, filtrationem, rectificationem, cokobationem, digestionem, circulationem in se complectitur.

§. 17. Fixatio fit vel ab igne, vel ab acito. Figere est quâsi ligare, quod a volatile contendit, & est imutationis species.

§. 18. Filterare est liquorem per chartam bibulam depurare.

§. 19. Lævigatione est trituræ species; fit super porphyritem, affusâ subinde a quâ destillatâ, unde præparata exsurgunt.

§. 20. Nutrire est succo convenienti imprægnare. Quamvis & in his abusus sit.

§ 21. Pre-

§. 21. *Præcipitatio* fit, quando liquor præcipitans assunditur corpori à nienstro, aliquo soluto. Spectant huc canones chymicorum. Quod habet vim solvendi, habet etiam ubi contrarium occurrit, vim præcipitandi. Quæ solvuntur ab acidis, præcipitantur à contrariis & vice versa. Omnia sulphurea & resinosa præcipitantur ab aquæis. Eadem aquæ diluendo salia per accidens præcipitant, dum solutum sponte & ob propriam gravitatem descendit.

§. 22. *Sublimare* est particulas subtiliores in sublimine ducere, ut vasi adhæreat, relictis crassidibus in fundo.

§. 23. *Fermentatio* est motus particularum intestinii à diversi generis materia subtili introductus. Ab hac gradu differt effervescencia.

§. 24. Pertinent huc encheirises aliae, que circumstantia observatu dignissime. 1. In destillatione spirituorum inflammabilium vasa, quæ altiora, eò meliora. 2. In acidorum destillatione quæ vasa depresso & humiliora, eò meliora. 3. In olei empyreumatici destillatione recipiens debet esse amplissimum. 4. Oleo facta aromaticæ non fermentata multum olei, parum spiritus reddunt; Fermentata multum spiritus parum olei suppeditant. 5. Si oleum à phlegmate vis separare, filtrum eodem oleo illine. Si phlegma transire debeat filtrum, humectetur phlegmate. 6. Fracturam vitri ob calidi infusionem evitabis, si paucas prius guttulas vitro affuderis cum agitatione quadam vitti, ut æqualiter prius incalescat.

## C A P U T XXII.

*De*

### Instrumentis & furnis.

§. 1.

**A**pparatus necessarius ad labores pharmaceuticos consistit in instrumentorum & furnorum copia & numero.

§. 2. Usitatoria vasa & instrumenta sunt Cucurbita cum suo operculo, quod vulgo alembicus vocatur sed male, notante Cl. Le Mort. Si cucurbita sit major & ex cupro, vocatur vesica. Si sit minor & recta, dicitur cucurbita separatoria; si sit cum collo incurvato vocatur retorta. Recipiens, crucibula vitriata &

non vitriata, catini sive capellæ, vel testæ, phiola, spatulæ, conus futorius, mortaria, circuli ferrei igniti, circuli stramini, cribrum, pixis coementatoria, tollæ, ampullæ, infundibula, siphones, variisque generis vitta. Vasa enim vitrea ceteris omnibus sunt præferenda.

§. 3. Furni usitatores sunt furni pro Balneo, pro retortis, pro cucurbitis, piger Henricus, furni pro spiritibus acidis destillandis, furnus portatilis cingulis ferratis munitus, furnus lampadis.

§. 4.

§. 4. Fumus constat ex cinerario, foco, & laboratorio. Accedunt spiracula sive ventilia vel registra, craticula, ostiola.

§. 5. Caloris gradus mitior est quem tenuerit hominis manus ferre potest, &

respondet urinæ recens mictæ. Alter gradus est in MB. Tertius in cineribus calidis; quartus in arena calida; quintus in aperito igne: habent tamen & hi gradus suas iterum latitudines vel lub gradus,

## C A P U T XXIII.

De

### Medicamentorum Compositione & distributione.

§. I.

**M**ateria medica, ex qua omnia constant medicamenta, desumitur ex triplici regno, vegetabili, animali, & minerali.

§. 2. Cum autem plura ob cruditatem ulteriori opus habeant præparatio-ne, nec intentioni Medici plenus satisfa-ciant, solent plura prius præparare, alia-conjugere, & inde confidere medica-men-tum nunc simplex dictum nunc compositum.

§. 3. In quolibet composito est basis; additur subinde stimulus & corrigens. Quæ de directore dicuntur, inter figmen-ta sunt referenda.

§. 4. Accedat signatura vel inscriptio, cuius magna est vis in foro medico, quia conceptus alligati sunt verbis, & quia vo-cabula nobis nota sunt, putamus res æque tales esse, quales per vocabula signi-ficantur.

§. 5. Porro requiriatur, ut medicamen-ta legitimè dispensentur, & certis suis ponderibus atque mensuris distribuan-tur. Dantur autem pulveres à grano ad 3ij. vel 3j. Willius saepius illos cochleari

meritur. Potiones ad 3vj. Mixturæ liqui-dæ uno vel altero cochleari. Salia fixa ad 3j. Volatilia ad grana sex vel octo, spicula acidi ad guttulas 7. 9. vel 12. Elixiria à guttulis 15. ad 40. Extracta à grano ad 3j. vel 3ij. exhibentur.

§. 6. Granum. gr. granum hordei æquat pondere.

Scrupulus 3j. pendet grana xx.

Drachma. 3j. tres scrupulos continet.

Uncia 3. pendet 3vij.

Liber lib. est pondus 3xij.

lib. id est. 3vj.

Manipulus M. quantum manu comprehendere potest,

Pugillus P. quantum adductis digitorum apicibus attollitur.

Numer. No. ita fructus & semina di-Paribus Par. 3 stribuuntur.

Ana. a. aa. id est eorum quæ recensentur æqualis debet esse quantitas.

P. æqu. partes æquales.

gr. guttulæ.

q. l. quantum sufficit. hoc arbitrio pru-q. v. quantum vis. dētis pharmaco-q. pl. quantum placet. poē relinquitur.

S. a.

S. a. secundum artem.

1. 2. lege artis. S. signatur.

ſ. ſ. ſ. ſtratum ſuperſtratum.

MB. Balneum Mariæ.

§. 8. Quandoque compendium facimus, & uno ſub titulo plura intelligimus medicamenta, ſic nōſſe debent pharmacopeci, quæ ſint radices quinque aperientes aliaque, ne Medicus ſemper opus habeat ea in ſpecie reperfere. Comprehenduntur illa in hac claſſe.

Quinque radices aperientes. Radix Apii, Alpatagi, fœniculi, petroſelini & Ruſci.

Quatuor herbae emollientes. Althæa, Beta, Malva, Violaria.

Quinque herbae capillares. Capillus

veneris, Phyllitis, Polytrichum.

Ruta muraria & Caterach.

Tres flores cordiales. Borraginis, Buglossæ, violarum.

Quatuor ſemina calida majora. Semen anisi, Cardamomi, Cumini, feniculi.

Quatuor ſemina calida minora. Ammiſos Apii, carvi, dauci.

Quatuor ſemina frigida majora. Semen cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, Melonum.

Quatuor ſemina frigida minora. Cicori, Endiviae, Lactuce & portulacæ.

Lapides quinque pretiosi. Granatus, Hyacinthus, Sapphyrus, Carneolus, Smaragdus.

## CAPUT XXIV.

De

### Formulis.

§. 1.

**M**edicamenta variant, in diversis ſub formis vel ſervantur in pharmacopoliis, vel ex tempore ad nutum Medicis parantur, qualia ſunt.

**Aceta.** Hæc vel ſimplicia ſunt vel composita, parantur per fermentationem, per deſtillationem.

**Aqua simplices vel compositæ;** illæ cum vel ſine vino, extoto, velex ſucco: hæ variis cum ingredientibus deſtillantur, quibus non raro per imprudentiam

adduntur ea, quæ nullam unquam redde-  
re poſſunt humiditatem, neque blandiori  
hoc calore alterari.

**Boli.** Rarius à Recentioribus præ-  
ſcribuntur. Pro exemplo ſint ſequentes,  
unus purgans, alter alterans. **R.** Ele&t.  
de Tamarindis cum foliis Senna zib. pul-  
veris radicis laxativæ zib. fiat bolus  
asperg. ſaccharo. **R.** Conserv. rosar.  
antiqu. Zib. confe&t. alkerm. Æj. f. bo-  
lus.

Q

CATA-

*Cataplasma*, est medicamentum in forma pultis. Fiunt vel extemporaneâ commixtione pulverum & liquidorum : vel per coctionem, quale est sequens R. Rad. alth. 3*lb*. H. Malv. bismalvami, flor. chamomil. pi. coque ad putilaginem, adde farin. lin. 3*vj*. vitellum ovi, oxymel. simpl. 3*lb*. f. cataplasma.

*Clyster* est liquor vel decoctum a no injiciendum. R. decoct. Betonic. 3*vj*. liquor. Corn. cerv. succinat. gr. xv. Mellis Violat. 3*vj*. f. Enema in epilepsia pro infante. R. decoct. emollient fib. sal. tart. gr. xiiij. sacchar. 3*lb*. pro adulto.

*Condita* parantur cum saccharo vel melle. *Confecta* sunt radices, semina, vel fructus, saccharo incrustata.

*Conserve* sunt folia, flores, vel etiam radices cum saccharo contulæ.

*Decocta* sunt medicamenta coctione pro purgandi vel alterandi u/u præparanda, pro exemplo esto decoctum folior. Senn. Mysnicht. cum vel sine rheo.

*Elestuarium* est in forma mellis vel paulò spissius. Paratur ex conservis, conditis, pulveribus, extractis, sirupis, essentiis, Eleosaccharis. v. g. n. Conserv. rosar. 3*vj*. Theriac. 3*vj*. radic. Enal. condit. 3*vj*. Extract. Croc. gr. iij. pulv. anonym. 3*vj*. spir. cephal. gr. xv. c. fir. fl. pœon. f. Elestuarium in Catartho.

*Elixirium* est compositum, beneficio menstrui variis ex ingredientibus præparatum : habet maximam convenientiam cum essentiis. Prostant in officinis Elixir. propriet. Paracelsi, album Helmontii, uterinum, amarum, febrile, spleneticum, &c.

*Emplastrum* sunt medicamenta tenacia, corio inducenda vel linteo, ut cuti adhaerant : Huc pertinent Cerata emplastris molliora, dropaces, picationes, spata. drapa.

*Emulsiones*, sunt medicamenta lactiformia ex nucleis & seminibus cum aquis destillatis vel decocto aliquo parata. Sumitur pro 3*vj*. aqua 3*vj*. leminis.

*Epithema* est medicamentum externum vel in formâ siccâ, vel in formâ liquidâ. In forma siccâ sub specierum, pulveris vel fatinæ nomine parti externæ apponitur ; vel est in forma liquida, & nihil aliud quam vel sola aqua, vel acetum, vel mixtum ex aquis & pulveribus : In officinis prostant aqua pro epithemate cordis, & species pro epithemate cordis, quæ ex tempore mixta epithema cardiacum constituant. E. g. n. v pro epithem. Cord. 3*vj*. Spec. pro epithemat. 3*lb*. Misce.

*Essentia*, est liquor concentratus, & sola consistenteria differt ab extracto.

*Fecula* est medicamentum sub forma pollinis, convenit cum magisteriis, talis est fecula pœoniae, itidis, bryoniae, ati.

*Flores* sunt sublimati pulveres v. g. flores sulphuris.

Gelatinæ ad confortandum ex tempore præscribantur. Talis est Gelatina cornu cervi, paratur prius juculum, cum rasa C. C. cum aqua & vino, quod superveniente frigore in Gelatinam abit, additur medulla pomorum citri & saccharum.

Gar-

*Gargarisma* est medicamentum liquidum ori & faucibus dicatum. Paratur vel ex aquis, vel ex decocto, additur mel, diamotum, dianuc, nitrum, spirit. vini, &c. E. g. R. ∇ fol. quer. 3x. Nitr. præp. ʒj. milce. f. gargarisma.

*Infusa* differunt à decoctis, quod extra coctionem vim medicam possideant: v. g. infusum fol. senn. infusum vitri antimoniij.

*Julebi* denotant medicamentum ad refrigerandum & confortandum in forma potus exhibitum. Vel omnes potionis in quemcunque finem adhibitas. Prioris generis potionis sapore & colore plerumque sunt gratæ. Adduntur eum in finem siripi Coralliorum, rubrum, berberum, papav. errat, rubidæi, acetos. citr. pro basi sumuntur decoctum aliquod v. g. decoctum Corn. cerv. vel aquæ simplices destillatae, vel fontana, additur tinctura solaram, spirituviolæ gratiam.

*Morsuli* parantur interveniente saccharo fuso. Sunt vel alterantes vel purgantes. Eodem modo parantur rotulae, nisi quod pulveres minori dosi sint in morsulis quam in rotulis, hinc ex omnibus que cum saccharo soluto commisceri possunt, parari etiam possunt morselli & rotulae.

*Olea* sunt vel expressa, vel destillata, vel cocta.

*Pessarium* est in forma digitæ, dum species iacculo vel lana aut gossypio ex-

ceptæ, vel cum melle aut galbaro incorporatae, in formam oblongam accommodantur.

Huic simile est *suppositorium* pro anno ex melle plerumque & sale constans. Hujus loco utimur etiam lardo, radice petroselini, alumine, sapone, &c.

*Pilulae compositæ* sunt ex rebus siccis beneficie viscidi ac glutinosi alicujus liquoris incorporatis, pro purgandi vel alterandi ulu excogitate.

*Preparata* sunt pulveres tenuissimi, sæpius interveniente aqua aliquâ distillata in conum collecti, ut ex tempore iterum in pollinem redigi possint. v. g. Corall. præparata.

*Pulveres & species* sunt tritûra & levigatione. Officinales explutibus ingredientibus facti vocantur species. Si aromatici sint trageæ.

*Sacculi* sunt ex vegetabilibus sacculo exceptis v. g. stomachales, cordiales apergorici, ix colica & calculo, procucupha.

*Spiritus* sunt salia phlegmate soluta.

*Sirupus* est liquor medicamentosus cum saccharo vel melle ad mellis liquidusculi consistentiam coctus.

*Tincture* sunt extractiones sine abstracto menstruo. Sunt qui tincturam coralliorum siccata quoque ostendunt,

*Trochisci* sunt parvæ rotulæ expul-  
veribus viscosò aliquò liquore com-  
pactis compositæ & charæctere no-  
tatae.

*Linimenta & unguenta* solâ consi-  
stentia differunt, illa enim fluidiora, hæc  
minus fluida sunt. Sumitur olei ʒj. pin-  
guedinis ʒb. vel ʒij. pulveris & ceræ ʒj.

Sed plura non addo, cum tyronibus scri-  
pserim, non veteranis. Neque farragi-  
nem ingredientium magni faciam, cum  
paucis etiam rem æque feliciter expedire  
possimus.

DEO Optimo Maximo sit Laus  
Honor & Gloria in sempiternum !  
Amen.



CASUS